

A obliuisceretur; verum hæc aliis Hebræorum genitibus & commentis adscribenda putamus.

Hoc tamen constat, fecisse veros illos, ut erant variis superpositionibus additi, annulus sub certis imaginibus & characteribus insignitus, idque sub certo Zodiaci signo, & ad certum astrorum aspectum, conjunctionem & quadraturam, ut vocant. Ita confectos qui gestaret, perpetuo victoriam, amabilem & acceptum reddi Principibus & Magnatibus, præcipue vero hac ratione conciliari optatæ puellæ amorem, impudenter asserunt.

Apolonium Tyanæum, annulus ab Jarcha Gymnosophistarum Principe dono datus, instar numinis habuisse ferunt, ita ut hæc quotidie per vices variatis, maximorum inde secretorum particeps fieret. Philosoph. in ejus vita.

Alex. Trallian. non postremæ notæ Medicus, tradit, imaginem Herculis supinè jacentis, leonemque strangularis annulo inclusam, digitoque gestatam, peculiare amuletum esse ad dolorem colicum.

Apud Aristot. legitimus, vereres Medicos implicamentis

Lubet his subnectere commendationem Annuli metricam, ab Huzone Gratiano Batavo decantatam, in qua eleganter & eruditè illius usus varius, prærogativæ, virtutes, & si quid ejusdem circa versus difficiliore commentatio.

- Annule, principis nupquam pereuntis imago.
- Et cui vel nisi nulla, vel ipse sibi.
- Annule, qui celi specte redemptus in orbem.
- Telluris cohibet omni præcipiti quæ.
- Annule, qui rigidus lapidum redimitis metallo.
- Fixa Prometheæ, vincula rube referi.
- Annule, qui tribuit, quod jus Naturæ negavit.
- Ingenioque tuo solas bonæ facis.
- Annule, regis opum, quo plebs Romana carere cogitur.
- Augustinus quem sibi elavis habet.
- Annule, legatæ sacra quem, iudicis æquæ.
- Quæ scintilla humani Centurionis amat.
- Annule, quem datus regis, quem datus amator.
- Quem fore in sepe dulcis amica fuit.
- Annule, cui commissi penus, commissi suppellex.
- Servitii fures non mouere manus.
- Annule, qui mille signas arcana tabellæ.
- Legimus sacrum pignus & artha thori.
- Annule, secreti vindex custodia veri.
- Qui perhibes pacto numeribusque fidem.
- Annule, cui mortens & villas credis & agros.
- Tantumque sine pulvis, & spique pater.
- Annule, qui postquam, sedamque arctæ venenum.
- Pictore, qui Philivi B. crederis esse loci.
- Annule, qui Magica non ferret inuicem arti.
- Cum tunc sceleris offensa pietæ vocis.
- Annule, quo solo scedit dextra sinistra.
- Fallitur: armillis est, puto, iuris idem.
- Annule, quem minimus digitorum gestis, & index.
- Serlicus hic Achates, hic Corianos erat.
- Annule, quem possit minimo qui proximus unguis est.
- Eque tuo digitorum 11. nomine nomen habet.
- Annule, subtili vis ad præcordia verba.
- Cujus in explicita traditur ira vera.
- Annule, quem ferro prodantis, & ære Vestulas.
- Optimus, argenti non grave pondus erat.
- Annule, sed cassum cui nunc vix iussit aurum.
- Tale tamen præfici Læva Dialis 14. habet.
- Annule, qui totas minime comprehendere census.
- Qui præterquam simul claudere parvus amat.
- Annule, qui missis etiam scelerare molibus.
- Præque quem totum genoma ceræ facit.
- Annule, qui Salda fulgus, qui vincit Achate.
- Quem decet ex Aralium litore vestis Onyx.
- Annule, Berillo renitens, viridique Smaragda.
- Cuique adamas, & cui subvivo lapsis adest.
- Annule, qui totos Hyberno sole premebat.
- Arctulus: prestis cui modus, æstus erat.
- Annule, spiculum cui mobile dextera molles.
- Ventilas, & gemmam beris in oculo suo.
- Annule, Pyrgoteles duro quem incidere ferro.
- Quemque Diocoride sculpsere de Ida manus.
- Annule, cui scilpro, que sæpe incisa figura est.
- Hæc alias colli munere tuber habet.
- Annule, maveres in quo non sola placere.
- Sæpe triumphales adijciuntur Avi.
- Annule, qui Springas, qui turpia corpora ranas.
- Sed amem & magnum dignus habere Deos.
- Annule, Cæteris qui ferri in imagine vulsus, 18.
- An capitali paulo quoniam per culcrimen erat.
- Annule, qui Gygi Mydorum fœdera dedisti.
- Quæ te Perseæ Cassiæ instar habet.
- Annule, ab Euphrate quem contra ripa Seleucia.
- Abstulit, & regni spem dedit esse natam.
- Annule, qui Semio iactura negatæ Tyranno, 20.
- Quem miser, heu, nollet non perisse sibi.

quibusdam, seu, ut ipse vocat, phlegmatitis, digitos inferere consuevisse, quo contexta forent, veluti acetabula & circumstantia in picium quorundam pedibus.

ARABES quoniam etiam videntur plurimum fidei hæc deliramenta tribuisse, unde & hodie adhuc multi reperiuntur characteribus Arabicis notati: Taliismanos id genus annulorum patria lingua vocant.

SCRIPTORES.

Scripturæ de annulorum materia, forma, usu multiplici, aliisque eò pertinentibus, Plin. l. 33. hist. c. 1. l. 37. c. 1. Macrobr. l. 7. Saturn. c. 13. Alex. ab Alex. Lib. Genial. diæ. Rhodigm. l. 6. c. 12. Et scripturæ non ita pridem ex professo satis elegantem tractatum, in quo tamen majorem distinctionem quis requirit, de aureis annulis Henric. Ritschius Lipsicus anno 1615.

Plura de annulo Lector reperiet in metrica ejusdem, quam sub iudicis, commendatione: cui prævide breuem & succinctum Commentarium addimus.

ab Huzone Gratiano Batavo decantatam, in qua eleganter & eruditè illius usus varius, prærogativæ, virtutes, & si quid ejusdem circa verba aut dici, aut fingi potest, describitur. Additur

1. Dicitur nam velut *ovæ auris*, quod in se reat.
2. Fingunt Poetæ, Prometheum igne cælo surrepto, terram variis morbis exposuisse.
3. Annulus libertatis insigne. Vide exempla paulo ante adducta.
4. Insigne ordinis Senatorii.
5. Item Legati, Judicis, Centurionis.
6. Solent enim annulo obfignari quæ custodita volumus, atque iis committi, quibus illa credimus dispensanda.
7. Annulus fidei nostræ, & voluntatis symbolum, ac secretorum in G. dex. Vide supra Symbolum annuli.
8. Amatorium poculum arbitrat, cujus meminit Ovid. l. 2. de arte aman. Philænoxi animis, spemque ferocis habent.
9. Supra nonnulla diximus de incantationibus quæ per annulos fiunt. Item de characteribus quibus insigniuntur.
10. Volunt, Achatem indici deberi, quod visum acuat, teste Plinio imò & scorpionum idibus medetur.
11. Gellius l. 10. c. 10. & Macrobr. idem penultimum digitum annularem appellat.
12. Huc refer causam quam supra adduximus, cur sponse detur annulus in digito penultimo.
13. Olim eodem honore habebatur annulus, ex quacunque materia conficeretur.
14. Dialis Jovis Sacerdos plerumque annulatus erat supra alios quoscunque.

15. Annuli mutabantur cum tempore anni. Edque perventum erat apud Romanos, ut leviores ætate, ponderosiores hyeme gestarentur. Hinc Jovanalis. Venit illi æstivum digitis iudantibus aurum.
16. Præstantissimi hi fuerunt sculptores gemmarum, quas annulis insererent. Vide Helian. l. 1. c. 19.
17. Annulus protuberans.
18. Olim in annulis gestare imaginem Cæsaris, capitale.
19. Gygis annulus fuit instar cassidis. Erat autem Gyges Lydorum Rex.
20. Agathocles Samiorum Tyrannus, patre sigulo natus.

Annule,

- A Annule, Carne huius quo sanguinis indice, 21. mensis est Carthago modis Romula castratibus.
- Annule, præscriptor Noni quo Cæpio Drusum 22. Odit, & in Syllam pertulit ira mari.
- Annule, quem factum docuit Demosthenes, & quem Annibal celerem mortis habere viam.
- Annule, quem loculo varium qui condidit uno 23. Romula primus Scævus in urbe fuit.
- Annule, quo Magni laurus ditata, Latinus Cum Mybridae casu super haustis opes. 24.
- Annule, quem servus distinctum a Cæsare Thesus, 25. Marmoreæ genitrix vidit in æde Venus.
- Annule, non unum quem sacra palatia servavit, Marcello acceptum pulcher Apollo refert. 26.

Annus.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ANNUS, Græcè ἐνιαυτός, est tempus dierum ccc. & lxxv. & circiter horarum vi. quo fol cursum suum perficit. Etique annus Solaris: alioquin improprie etiam mensis annus lunaris appellatur, quod Luna eo spatio cursum suum conficiat. Dicitur annus ab Anteveteri quod circum significat, & No, id est, quod affidit circumfluit. Servius ab annulo dedit, quia instar annuli, ut recedat Virg.

In se sua per vestigia voluitur annus. Unde & Aegyptii annum hieroglyphicè significabant per draconem caudam suam vorantem. Alii à Græco ἀνάσσει, quod idem est, quod renovo: semper enim & continuò fluxus renovatur. Hebræi Scanach, annum dicunt, à Schanah, iteravit, redit, propter assiduum illius revolutionem.

ANNI CONSIDERATIO SIMPLEX QUO AD HECTADAS, SEMESTRIA.

Annus, redivisus in Zodiaco, motu proprio, ad idem punctum secundum quædam consideratus ab Astronomis, Astronomicus dicitur, & Naturalis, & vertens, quo Sol mensis totam Zodiaci longitudinem, ad idem solstitium, vel æquinoctium redit. Duplex interim: vel mediæ, perpetua æqualitate constant, relictus aut ad puncta quatuor cardinalia media, Cæque operas vocant, unde Tropici dicitur: aut ad stellas fixas, ut ad primum Arietis cornu, & Sideres dicitur: vel verus sive temporalis, quo Sol ad verum æquinoctium sive solstitium revertitur, cuius spacia sunt æqualia. Ad verò consideratus annus à Politicis secundum ætatem, Politicus dicitur, & Civilis, & Mundanus, secundum viri que luminis motum, ut antequam Sol totum Zodiacum percurrat, periodos lunares duodecies observet. Ad hic cursus dicitur in Solarem, ad Solis motum principaliter accommodatus, ut Julianus annus, vel ab (sive) & in Lunarem ad Lunæ motum principaliter accommodatus, constantem diebus 295. & mensibus Lunaribus synodici 12. quorum initia semper novilunius, media plenilunius respondent, & sunt alternis 29. & 30. dierum. Differunt proinde à Solari fere diebus, qui Extraxati dicuntur, eo quod certis annorum periodis super additi, Solari Lunarem æquari faciunt. Eo primis parentes sunt usi, & Indici usque ad Christum, Græci, Romani & Arabes. Ex Jo. Garcho. Vide infra plura.

QUO AD INITIUM ANNI. JULIORUM annus circa 26. diem Martii incipit, more Ægyptiorum, ad motum Lunæ. Si quidem novilunium æquinoctio vero proximum, præcedens, aut sequens, primum diem anni efficiat. Rab. Iehosue. Sed recentes Judæi anni initium referunt ad novilunium æquinoctio autumnali proximum, annum Jubileum recipientes. Rab. Eleazar.

Hebræos à vere annuisti exordium facere (quod olim Romulum illorum exemplo fecisse constat) testis esse potest is locus qui habetur Dent. c. 16. quo loco Moyses Domini iussu edicit Israëlitibus, observent mensum novarum frugum, & veriti temporis primum, ut faciant Pefach Domino Deo suo. Testis est & is locus, qui iisdem verbis & sententia habetur apud Div. Hier. de celebr. Pasche, & Aug. tom. 2. epist. 86. ad Hefychium: quibus locis scribunt illi, celebrationem Pæchæ in mensis novarum frugum reperiit, propter similitudinem Sacramenti renovandæ vitæ. Primum autem venit temporis eam mensum esse docet Aug. quo Sol est Arietis principio. Unde fallitur Ambrosius, qui primum mensum novarum frugum esse dicit eum, quo apud Ægyptios novi fructus colliguntur. Nam apud illos non semper in primo mensis demetur leges, sed ut occurrit aliis atque aliis mensibus. Ni-

21. Ex pugna Cannensi Carthaginem modii ttes annulis re-ferri deportati sunt.
22. Livius Augustæ filius, qui in Germania petiit, cujus effigies exstat in Vangionibus.
23. Consul Romanus primus obfignavit loculos.
24. Mithrydates annulis & auro ditatus.
25. Distinctio annulorum in Veneris æde à Cæsare ordinata.
26. Marcello annulorum custodia accepta fertur.

ceph. etiam Calist. hist. Eccl. l. 12. c. 32. scribit, hanc rationem impulisse Montanistas, ut mensum quemlibet dierum xxx. atque eorum principium æquinoctium verum facerent. (Quæ dies, inquit, secundum Rom. ritè 9. Cal. April. dicitur) quòd eo tempore duo hæc luminaria initium suum habuisse allegant, per quæ tempora anni significatur. Idem ferè Sezom. habet hist. Eccl. l. 7. c. 18. Sed Niseph. ibid. etiam scribit, Eusebium memoriam tradidisse, veteres Indeos sacrificia Paschalia post æquinoctium verum celebravisse, Sole xii. partem, quæ à Græcis xpiòs, id est, Artes appellatur, Zodiaci circuli ingressu: Luna autem per diametrum Soli opposita, tum xiv. diei cursum tenente. Sic apparet Hebræos & Pascha Luna xiv. primi mensis celebrasse, & primum anni mensum primum verni temporis fuisse. Io. Lalamanus.

Ægyptii propter intercalaris diei neglectum, certum anni cursum, quem ex 295. diebus constituebant, initium non habuere usque ad Domitianum.

ASIANI ab æquinoctio autumnali auspiciantur. ATTICI à Meridie primi diei Hecatombrionis anni Luna nova auspiciantur: Hecatombrionem autem à prima Luna nova, quæ proximè solstitium (id olim 23. Junii, nostris temporibus circa xii. ejusdem contigit) sequebatur, inchoare oportebat. Plat. locus est l. 6. de legib. Omnes inquit magistratus, tam annui quam longioris temporis, pridie calend. mensis illius, quo post solstitium æstivum novus annus incipit, in unum templum conveniant; & Simplic. l. 5. Physicæ Aristot. sic scribit: Anni initia sic faciunt, vel circa solstitium æstivum, ut Athenienses: vel circa autumnale æquinoctium, ut terræ quæ nunc Asia dicitur incolæ: vel circa Brumam, ut Romani. Io. Lalamanus.

Romani & Albani ante Numam ab æquinoctio vero annum ordiebantur. Post ex Numæ instituto à mense Januarius auspiciari cœperunt. Olim Martius numerabatur primus: à Martio Quintilem, seu sextilem appellat, alioque demum ceptus quinquem usque ad novissimum, quem Decembrem nuncupant: qui censetur à Martio X. Hinc visum nonnullis esse illius temporis Romanos annum, ac certis mensibus dies supra xxx. adieçisse. Alii Decembrem scribunt à Martio x. esse, xi. Januarius, Februarius. xii. quo utantur in lustrationibus, ac defunctis in anni exitu parentant: duos transpositos esse, factumque Januarius, primum: quòd Cal. Januarius, creati sint exactis regibus primi Consulibus. Causam asserunt quidam à Romulo, belli martique studio flagrantem & stirpe habito Martis, prærogativam mensum fecisse eum: à Marte à quo nomen traxit. Numam contra, qui quæritas ætate civitatemque ad agriculturam convertere cupiebat, atque à bellis abducere, Januarius tribuisse principatum, Januarius ad ingenios honores provexisse, ut eum, qui politicus fuisset, articulationisque quem bellandi potius studiosus. Plut. in quest. Rom.

Annus Juliani initium more Romano pendet à media nocte antecedente Cal. Jan. non à meridie Calendarum ejusdem: cujus rei rationem reddit Plut. problem. Rom. 82. his verbis: An quòd Respub. ab initio militari more & instituto constituta est: in re autem militari multa nocte utiliter occupantur? An diei octavi agendi principium esse voluerunt, noctem verò consilii & preparationis? oportet autem præparatos rem aggredi, non verò contra agentem præparati. An quemadmodum merities dies finis reipub. gerendæ, sic noctem intertempam actionum omnino initium oportere esse statuerunt? cujus rei maximum argumentum, magistratum Romanum post meridiem factus facere non solet.

Ar-

A Arabes, cum initia mensum & anni semper ad novilunia referant, anni principium statum non habere.

DEDUCTIONE ANNI.

PATRES ante diluvium annum definire cursu solis ab Aequinoctio verno, distindendum in menses XII. Lunares.

Hebraei annum habere duplicem, Historicum scilicet & Politicum. Historicum quidem in dies festos & profestos distributum, publicis congressibus accommodatum, quo numerabant feriem annorum, & historias notabant. Eum ordiebantur a novilunio, quod verno aequinoctio proprium erat: ab eodem dies xv. destinatus erat Paschati: x. dies intercalabant, tertio quoque anno in unum mensem contrahos: reliquis qui supererant, ad octavam usque annum servatis, quo demum aequinoctium vernum & anni initium ad unum diem reducebantur. Politicum vero & aeconomicum post messum & vindemiam collectam inchoabant a primo die mensis septimi Historici, & festum tubarum celebrabant primo die, xv. vero festum Tabernaculorum. In serviebat autem annus iste decimarum annuarum solutioni, privatis item contractibus, anno item sabbatino septimo, quo

B terra feriabatur: anno denique i. Jubilaeo dicto (a Jobel, sive buccina: quoniam tunc buccinae claritas sonabat) ex septem annorum hebdomadibus exurgente, quo omnia praestis cultura, praecedenti anni proventibus, & sponte natis fructibus. Io. Gar. Aegyptii, Chaldaei, Persae, Assyrii, ex solis motu 356. diebus annum definierunt, omisso quadrante qui superest, mensi calibet dies 30. tribuentes, & reliquos quinque dies superfluos ultimo mensi in fine anni addebat. Ob neglectum autem diem intercalarem (qui 4. singulis annis ex quadrantebus residuis constatur) initium anni misere per omnes partes erravit, ac demum exactis 1460. ann. (quorum quadrantes praecise 360. dies constitunt, qui annus aequinoctialis dicitur) in pristinum locum restitutus fuit: & tum demum aequinoctia & solstitia, anni initia, ad metas pristinas revertentur. A Diocletiano tandem coacti Aegyptii anno intercalari valedicere, diem intercalarem suscipere coacti fuerunt. Annus hic artificibus, quam politicis commodior propter aequalitatem, proinde eo Ptolemaeus & Copernicus utuntur. Idem.

C Graeci annos Lunares ab Hebraeis acceptos usurpantes, ne ob defectum xi. dierum aequinoctia anticiparent, & noviluniorum tempora per omnes anni partes (ut in anno Aegyptio) vagarentur, intercalationibus Lunares annos Solaribus adaequarunt, sedesque aequinoctiorum & solstitiorum iidem mensibus licet non iidem diebus retinuerunt. Inter calatio autem duplex fuit. Primo enim quadrantes annuos quatuor cuique anno in unum diem aequinoctium dictum contrahos addidere, quo ipsi Olympicum certamen celebrabant, deinceps vero, quam propter inaequalitatem Solaris & Lunaris anni, quatuor anni temporum ordinem turbati videntur, quoniam Lunaris ann. xi. diebus Solari minor est: dies illos xi. anno Lunari nunc tertio, nunc secundo, in unum integrum mensem contractos, aequinoctium dictum addidere: ita ut annus intercalaris, cui addebatur, xii. mensibus seu 384. diebus constaret.

Leostratus Tenedius intercalandi tempus incertum ad Octoeterida reduxit, ut octo annorum Lunarium spacio, integra Aequinoctiorum & Solstitiorum redutio fieret, tribus scilicet mensibus octavo anno additis, praeter eum diem, quem cuius Olympiadi addicere consueverant: ut priores anni singuli xi. mensibus synodicis seu 354. diebus, posterioribus tres singuli xii. mensibus, seu 384. diebus constarent. Hic Cyclos maximo cum applausu receptus, quoniam duas praecise Olympiadas contineret, & usuris (cum centesimus mensis novae octoeteridi initium praebet) aptissimus esset, Eudoxius fuit appellatus, ab Eudoxo Gnidio. Et tamen cum octoeteris ista annos nihilominus solares plus uno die & semisse superaret, Aequinoctia & Solstitia praecise ad eosdem dies non redierunt.

Meton Atheniensibus circa 86. Olymp. tempore belli Peloponnesiaci, abolita octoeteride, 19. annorum Solarium spaciolum (quo 235. Lunationes absolvuntur) intercalationi attribuit: ut praeter eum diem, quem alioqui Olympiadi cuique addebant, ad 19. annos Lunares septem menses attererent, quorum singuli xxx. septimus 29. diebus constarent. Hanc periodam sive Cyclum vocantur *επτακαινημοδια & δισκα & εννατημοδια*: annus Magnus Metonis, nunc Romanus dici coepit: eundemque Romani in anno Juliano

auris literis notabant, hisque novas Lunas signabant. Proinde mansit auri numeri & Cycli novemdenarii, sive Alexandrini usus: & quod verum Paschatis diem notet, Cyclos Lunaris & Paschalis dicitur. Absolutio enim notet, Cyclos Lunaris numero, Luna semper redit ad eundem anni Solaris diem: & primus dies mensis primi in possessionem diei solstitialis restituebatur.

Callippus alium Cyclum annorum LXXVI. ex quatuor Metonticis contexit, & periodum Calippicam nominavit, secundo ann. Olymp. 112. Etenim ann. 70. Lunarius praeter menses 28. dies quoque 19. plenos inscripsit, cum Metonis annus ad intercalares dies non satis accommodus esset.

Hipparchus inde, annis post Calippum circiter 202. novi anni auctor extitit, qui quatuor Calippicis constaret, sexdecim *επτακαινημοδια* in unam contahens. Hoc Cyclo 304. an. & adjectione mensium intercalarium 112. (quorum sexdecim 29. d. reliqui diebus 30. persisterent) aequinoctia & solstitia ad sua principia reducere voluit, unum diem intercalarem omitendo, ut initia mensium rite novilunia responderent.

ARABES sive Mahometani annum Lunarem ex XII. mensibus vel diebus 354. compositum observant: quorum sex pleni dicuntur, 30. diebus constantes, totidem cavi, 29. diebus comprehensit: ut cum mensis synodicis 29. d. 22. m. 44. m. constaret, dies integros anni in 18. menses partierent, residuas horas & scrupula spacio xxx. an. in dies xi. contraherent, & quoties horae collectae duodenarium excedebant, toties unum diem interebant, quem Hyperbolicum dixerunt. Fuere autem illis semper anni *επτακαινημοδια* 2. 5. 7. 10. 13. 16. 18. 21. 24. 26. 29. quorum quilibet 355. dies habuit, reliquus unus dies defuit. Menses vero semper ab ipsis noviluniorum diebus exoriri sunt, & contenti lunari periodo, neglexerunt Solarium. Hinc spacio 33. annor. menses omnes per totum annum vagabantur, nec certi hiberni aut aestivi menses erant.

Quis modus aut quae ratio anni fuerit ante Urbem conditam apud antiquissimos Italiae populos, sive ii Umbri, ut scribit Plinius, sive Hetrusci, Sabini, australi fuerint, divinare non est facile, cum ejus rei tractatio neque literarum monumentis tradita sit. Io. Lalamanus.

Romulus annum ab Aequinoctio verno incipiens, ex 304. diebus & mensibus, x. (inter quos Martius primus esset) composuit: ut Aprilis, Junius, Sextilis, Septembris, Novembris, Decembris, 30. dierum essent: quatuor reliqui, Martius, Majus, Quintilis & Octobris, 31. Ceterum cum numerus iste neque Solis cursui, neque Lunae rationibus conveniret, nonnumquam usum veniebat, ut frigus aestivis mensibus, & contra calidus hyemalibus proveniret. Ergo tunc tantum dierum patiebantur sine ullo mense nomine absumi, quoad caeli habitus instanti mensi aptus rediret.

Numa initium anni ad Brumam transtulit, & inchoavit a Januario atroxque Februariam. Deinde Graecos imitatus, 354. D. sive XII. M. Lunarium annum circumscriptum: eamque intercalandi rationem instituit, ut alternis annis praeter Paschas, 22. dies, mensem intercalarem adjiceret, Mercedonium dictum, teste Plutarcho: addidit item Cyclum continenter tres octoeteridas, ut aequinoctia & solstitia ad pristinas sedes redirent: Januario item diem unum addidit, ita ut menses omnes in pari numero constarent: sex scilicet 29. diebus, quatuor 31. Februarius unus pari numero, tanquam inferis sacer. Verum quia confusa admodum haec erat ratio, neque mensium initia noviluniis respondebant, cura intercalandi Pontificibus demandata fuit. Quibus officiantibus, C. Jul. Caes. tandem anno ab v. c. 709. ante Christum 44. vel 45. annum confusiois ultimum 443. dierum fecit, hoc est, mensium xv. cum intercalari: & subinde nova ratione annum Solarium, Lunari neglecto, opera Sosigenis ex Aegyptiaco & Graeco composuit: additione quinque Epactarum Aegyptiorum, & intercalatione unius diei Graecis imitatus. Intercalario enim mense sublato, pro quadrante residuo anni cuiusque diem unum quarto quoque anno intercalavit post Terminalia vel 23. diem Febr. qui quondam finis anni erat, & ibi mensis intercalari solebat. Quam proinde alterum confusum communem 365. dierum ampliore uno die, Intercalem: qui idem, quoniam circa finem Februarii interebatur, ita ut biflexo Cal. Martii diceretur, Biflexilis appellatus fuit, diebus 366. constant. Hic annus solus ad naturae annum adaptatus, passim receptus fuit: & tamen quia modico superaret veram Astronomici anni quantitatem, etiam aequinoctia & solstitia in

A in iidem anni mensibus adhuc retineat, tamen diebus XIV. aut XV. anticipatur.

Augustus inde, cum Pontifices, quibus ea cura commissa erat, dies intercalarios, qui quinto quoque anno incipiente intercalari debebant, quarto incipiente intercalarent, adeoque Calendarium denuo vitiatum esset, ut per ann. 36. cum IX. dies sufficere debuissent, XI. essent intercalati, iussit annos 12. sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies compensarentur. Itaque deinceps annus Augustanus, sicut a Julio Julianus, aetris tabulis incensus, propositus & observatus fuit. Duodecim certis mensibus civilibus compleitur, quorum alii 31. alii 30. unus 28. dies continent. *Macrob. l. i. c. 17. Saturn.*

Cum annus Solis *επτακαινημοδια* definitus, maxima sit temporis mensura, qua mundi rerumque omnium durationem aequae feriem nostrae notitiae subjicimus: equidem in vera ejus metatione plurimae gentes haud immerito defudarunt. Quamquam enim ejus magnitudo ad rerum caelestium gnaris praecise satis definiti queat, exacta tamen & constantis ejus ratio dari nequit, quae & motui Solis congruat, & civili simul usui serviat. Cujus rei causa in eo consistit, quod civilis annus *επτακαινημοδια* requirit, quae sine scrupulosa apprehensione, certo integrorum dierum numero claudatur, sic ut ab hominum vulgo facile percipi ac retineri possit. Anni autem naturalis mensura dimensio cum in integros dies neutquam cadat, sed in dierum minutissima scrupula desinat, quam *επτακαινημοδια* vulgus asequi, & anni rationem adeo exiliter ad calculum revocare non potest: idcirco ejus usurpatio civili societati non est idonea. Contra vero, si ad politicum usum alias ei metas, scilicet, integris diebus determinatas, praefinas, illud incommodum emergit, ut quilibet ejus metatio, ad annum naturalem collata, redandans aut deficiens reperitur. Verumtamen diversarum gentium anni ratione diligenter perpenla, apparet, omnes penes in definienda civilis anni magnitudine, vel scrupula diebus adhaerentia rescidisse, vel annum Lunationibus accommodasse, atque idcirco civilem annum astronomico minorem fuisse, quod minus sanè defectus, intercalationis remedium fuisse, quod minus neglecta ea subtilitas, & a naturae vestigiis facta secessio, temporum successus intolerabilem confusionem invehere.

Intercalationem voco annorum aliquot civilium, a Solaribus periodis deficientium, complementum. Ea portio *επτακαινημοδια* quod minor fuit, quod itidem expeditior, quod denique in annuorum periodorum defectibus faciendis verum, hoc est, temporis cum motu Solis *επτακαινημοδια* propius asequuta fuit, eò & melior extitit. Ex quibus apparet, non solum vetustissimis Latinorum anni metationibus (quarum prima *επτακαινημοδια* a Romulo tradita, vix unius hominis aetatem tulit: altera emendatior à Numa monstrata, annos penes 670. duravit) sed & aliarum gentium institutis, tertiam illam anni Romani designationem, quae ab auctore Juliana appellata fuit, faciliorem & praestantiorum extitisse. Cujus quidem institutio & ratio talis fuit. C. Jul. Caes. imperio potitus, cum anni civilis rationem, ob vitiatam scelerum decurtia intercalationem, ac imprimis Pontificum incuria (quorum erat eam fatis temporibus praecise voce promulgare) interruptam & depravatam, admodum impeditam reperisset, sic ut neque messium feriae (Suetonio teste) aestatis, neque vindemiarum autumnum amplius competere: D Sosigenis Mathematici arte & industria adjunctis, confusiois incommoda sustulit, ac novam planè anni designationem, intercalationem, mensium distributionem, & Lunationum investigationem introduxit (Dion hanc emendationem ad annum Urbis conditae septingentesimum & octavum refert, qui cum anno Servatoris quadragesimo quarto, *επτακαινημοδια* congruit) Confusionem dico primam sustulit, defectum eum supplendum, quem vitiosa prioris temporis intercalatio pepererat. Anno enim correctionis inter Novembrem & Decemb. duos menses, unum 29. alterum 30. dierum interjecit: praeterea Decemb. mensem intercalarem dierum 30. Graecorum *επτακαινημοδια* imitatus, subjunxit, ut annus ille mensium 15. seu 443. dierum extiret. Id est, quod Macrobius inquit, Caesar exordium novae ordinationis inchoaturus, anno praecedenti omnes dies, qui confusionem facere poterant, consumpsit. Jam quoad circumscriptioem ejus metationem anni, cum in naturaliter Solis reditu definitur, certum dierum numerum inquisit, qui iusta ejus magnitudo *επτακαινημοδια* exprimeretur: ex illis decemnovis spaciolum sequi horae penes praecedentium saeculorum more anni civilis metas Lunae motui primum

adaptatas, ad Solis *επτακαινημοδια* posterius revocare. Annos itaque singulos communes diebus 365. circumscriptis, quo numero nullum vero proximiorum reperit. Quia vero anni tropici iusta magnitudo 365. dies semis penes horis superat, idcirco ne earum neglecto, quolibet quadriennio & tropae & reliquae feriae stabiles a suis sedibus uno die retroferrentur, atque adeo ne intra quater 365. ann. quo spatio 1460. aetates contingunt, 1461. aetates numerarentur: intercalationis remedio usus statuit, ut tribus quibuslibet annis succederentibus excrecentium istarum horarum nulla ratio haberetur, sed quarto demum anno collectae quater sex horae, diem naturalem constituentes, unius diei adjectione compensarentur, eaque civilium annorum cum naturalibus *επτακαινημοδια* iterum obtineretur. Ei interfectioni locum fecit post Terminalia, seu ante quinque dies ultimos mensis Febr. ut potè brevissimi, ubi quarto quolibet anno fluente, ob *επτακαινημοδια* diem vi. Calend. Martii bis numeratur: unde & Biflexilis nomen meruit, Anni portio dies univeros in XII. menses civiles distribuit, quorum Febr. fecit 28. reliquos omnes vel 30. vel 31. dierum. Nec in istis attendit, ut eorum numerum Lunationes aequarent, ac proin ipsi menses Lunae motui congruerent, hoc est, ut lunarium synodi mensium principis affixae essent, quemadmodum in Numa Calendario moris fuerit: quin portio eis vagari permittit, ut in quolibet mensium dies illae incurrete possent: imò & intra 13. menses, 13. nonnumquam Lunationes admittere non dubitavit: quod in qualibet Enneadecateride septies contingit. Annum autem a media nocte ante calend. Januar. (cujus rei causam *Plut. in Rom. problemat.* inquit) seu potius a Bruma inchoavit, ut principium caperent Praebris & annus idem. Quod etiam praecise non sit verum (quippe cum brumale solstitium tum temporis Januar. calendis diebus 7. anteverterit) eos tamen Caesar in nullo discrimine posuit, existimans, tam pauculos dies evagationis parum inducere posse. Denique cum hi menses politici, anni potius distinctioni & integrationi, quam Lunae apparitionibus servirent: idcirco ne Caesar suum ea commoditate, scilicet novilunia & ceteras Lunae *επτακαινημοδια* apprehendendi atque notandi, destitueret: antiquam illam 19. annorum comprehensionem, quae ab auctore annus Metonicus dicta fuit, assumpsit. Meton enim Atheniensis, anno ante Christum 432. Graecis demonstravit, singulis 19. annis exactis omnes Lunationes in pristina loca, hoc est, eisdem mensium dies atque horas quam proximo restitui. Itaque eum numerum & veteribus diariis modico convenienti loco quoque inscribi voluit, ut is ex ordine, sede sua primam Lunam, annumque *επτακαινημοδια* notaret. Qui numerus aetris characteribus insignitus, Aureus quoque dici consuevit. Haec anni Juliani leges fuerunt: quas Christiani postea, Romano ditioni subiecti, usurparunt, ac ut ipsorum religioni & dierum festorum celebrationi serviret, pluribus intentionibus locupletarunt. Etsi autem haec cum intercalandi tum Lunationes inquirendi ratio initio optatum finem consequi videbatur: quia tamen utraque labis experts non fuit, idcirco multorum saeculorum successione, evidentes quosdam errores iniecit. Horum primus est troparum, ac per consequens reliquorum etiam Solis graduum anticipatio. Cum enim dies intercalaris quolibet quadriennio assumptus, ex Alphonsinorum calculo, 134. partem diei, hoc est, xi. ferme minuta temporis plus ingerat, quam rei veritatis deponat: idcirco singulis 134. ann. aequinoctia & solstitia in diem mensis antecedentem proximam rejecti: sic ut aequinoctium vernum, quod Caesaris aro xv. circiter Martii tenuit, hodie in xi. Martii remearit. Unde rebus hujus mundi duranti bus consequeretur, verno tandem dies in Februariam & ultra, hoc est, in menses hybernos retrolapsuros. Alterum incommodum est, Lunationum anticipatio & ab aetris numeri sede divulsio. Cum enim Caesar suppositisset, Lunationes omnes Enneadecateride consecuta in sua principia reverti: calculus docet, ad 19. annor. Lunationes, 235. Lunae circuitus continentes, enneadecateride minores esse, & paulo citius peragi, quam ille annorum cyclus abolvatur. Continet enim 19. anni Juliani 639. dies 18. hor. At vero 235. Lunationes contingunt 6939. diebus, 16. hor. 34. min. Facta igitur subductione patet, Lunationes quidem post exactos 19. ann. in eosdem dies reverti, sed hora una, scilicet 26. citius, quam ante id tempus: proinde cycli decemnovis spaciolum sequi horae penes praecedentium ducere: & per consequens singulis 304. annis novilunia omnia

Anus aurei numeri sedem hor. 23. minut. 21. hoc est unum feriem antevertere. Hic defectus Luminarium synodos ab aurei numeri sedibus, jam inde à Julii Cæs. ævo, ad v. usque diem in anteriora transtulit, sic ut cui diei aureus numerus ei temporis congruens, adscriptus esset, eo nostra ætate Luna comiculata appareat, cum tamen adhuc coitum facere deberet. Tertius error ex præcedentibus resultans, est æquinoctiorum & Lunationum mutua disjunctio. Cum enim utrumque luminare veterum fastorum dies paulatim anticipet, verum (ut modò dictum) dispari celeritate; idcirco & locus Solis velociore scilicet retrolapsu à lunationibus magis magisque separatur. Quod incommodum secundum Alphoninos 6973. annis Julianis, ac 313. in super diebus, integræ Lunationis evariationem pareret. Hæc igitur incommoda cum Paschatis atque inde reliquorum etiam mobilium festorum celebrationem aded turbassent, ut præfati Computi Ecclesiastici canones, dies eos secundum Nicenæ Synodi decreta non amplius demonstrarent, sed nonnunquam occulto, aliquando integro mense, aliquando & quinque hebdomadis seriis; idcirco Gregorius XIII. Pontifex contraria intercalandi via usus, x. diebus & Capitulibus seu expensibus, tropas in easdem quas Nicenæ Synodi tempore tenebant sedes revocavit, & sublato aureo numero, qui quò ad usum plumbeus factus fuerat, introductoque novo Epactarum numero, Lunationes iis locis affigere & affixas detinere conatus est, ut præfata Ecclesiæ functionibus satisficerent.

ANNI CONSIDERATIO CONJUNCTA, VIDELICET TEMPUS ANNORUM.

QUATUOR, OLYMPIAS.

Ex G. Mercatoris supputatione, Olympias prima instituta & celebrata fuit solstitio æstivo, primo die Hecatombeonis, circa an. Mundi 3192. à tempore Salomonis condito 258.

DOMITIANUS agnomen Tovi Capitolino post singula quadriennia celebrandum instituit, Olympiadum imitatione. *Censor. & Suet. An. Christi 86.*

QUINQUE, LUSTRUM.

Lustrum nominatum tempus quinquennale, à luendo, id est, solvendo: quod quinto quoque anno vectigalia per Censores locata persolvebantur. Hæc Varro. Festus tradit, in tot annos prædica olim locari solita, quod *Vlypiam. l. 4. D. de reb. cred. significat. Flotoman. de verbis juris.* Lustrum Servius Tullius primus instituit, ut quinto quoque anno, censu civium habito, lustrum conderetur. Tunc enim urbs lustrabatur.

C. Jul. Cæsari Illyricum & Gallia Cisalpina in quinquennium decreta, an. v. c. 693. Olymp. 180. ac primò eidem rursus in aliud quinquennium provinciæ protogata, Craffi & Pompei consensu.

Cn. Pompejo Hispania provincia in quinquennium assignata: M. Craffo iridem Syria. *Dion. l. 39.* Ann. 438. Theodosius octava quinquennalia edidit. Rursus nona quinquennalia an. 443. Marcelli Chron.

SEPTEM.

Annus VII. annus Sabbati, ex institutione Moysis, quo omnis terra quietere præcipitur. *Exod. 23. & Deut. 31. & Levit. 25.* Occupata ergo per Josuem Palæstina, & ab eodem XII. tribubus Israelitarum divisa, Sabbatum primum actum an. Mundi 2506. ab exitu 53. Septimum an. M. 2549. qui incidit in primum Jubilæum. Sabbatum XX. ann. M. 2680. lxxx. an. M. 2990. qui idem fuit Jubilæus 10. xxi. annus Sabbati, ann. M. 3360. quo capta est urbs à Nabuchodonosore, & captivitas Babylonica successit. Post reditum è Babylone Sabbatum terre primum actum An. M. 3439. Hinc secundus Jubilæus incidit in Sabbatum 14. In 42. verò Sabbatum Jubilæus sextus: septimus in 49. Sabbato 81. An. M. 4000. Christus in cruce passus. Sabbati 86. & ultimi anno tertio, Mundi 4036. Olymp. 212. anno primo, everta est Hierosolyma. *G. Mercator.*

OCTO, OCTOETERIS.

OCTOETERIDA, è duabus Olympiad. constat, primus Leontratus Tenedius excogitavit, intercalationis causa. Qui Cycclus Eudoxius fuit appellatus.

DECEM ANNORUM, CYCLUS.

Theodosius Junior an. Sal. 410. Decennalia: Honorius Roma Vicennalia dedit. *Marcell. Chron.*

QUINDECIM ANNORUM SPATIUM.

Quemadmodum Olympiades Græcorum à 24. die Sept. an. 499. à capta Troja incæperunt: sic August. Cæs. ab hoc die cepit Indictiones numerare, xv. annor. tributa significantes. Nam Romanorum subditi primo lustro quinquev. nali numerabantur, secundo argentum, tertio ferrum ad arma. Constantinus M. Imp. primum iussit, acta & tempora per indictiones notari, Ann. Christi 313. cum antea idem per annos Imperatorum, & postea sub Carolo II. Cæsare per annos Nativitatis Christi fieret.

Constantinus M. Maxentium anno Christi 312. 8. Calen. Octob. vicit & occidit. Et in ejus victoriæ memoriam proxima Synodo sequenti Nicenæ, an. 20. Constantini celebrata, stabilitæ sunt indictiones xv. annos complectentes: & primum earum initium ad hujus victoriæ diem constitutum est. *Omphrosius in Fastis.*

NOVEMDECIM ANNORUM CYCLUS.

ENNEADECATERIS.

Abolita octoeteride, Meton Atheniensis Enneadecateridem introduxit, sub initium belli Peloponnesiaci, five Cyclum XIX. annorum, Annum magnum, Metonis dictum, ut præter diem intercalarem cuiusque Olymp. addi solitum, septem menses XIX. ann. lunatibus attererent, ad conciliandum unum Solis & Lune cursum. Quem numerum ut ingeniose excogitatum, in anno Juliano aureis literis notarunt. Unde aurei numeri & Cycli novemdecennalis & Paschalis, nomen meruit, quoniam verum Paschatis ex Moysi instituto celebrandi diem indicat. Itaque Gerardus Mercator, imitatione Hebræorum, Cyclum hunc ad annum Mundi 2467. egressus ex Aegypto 14. ann. extendit: quòd licet verò tandem à Græcis receptus sit, per illius tamen canones versutissimi Hebræi Paschatis observationem tradiderunt.

Dionysius Exiguus Abbas Rom. suos Paschales five decennales Cyclos exorsus est ab XI. Cal. April. an. Domini 532. Diocletiani 248. Dionysiacum hunc Cyclum Beda emendavit, & continuavit *lib. de ratione tempor.* primique instituit annos à Nativitate Domini computare, cum hæcenus à Diocletiano consueverent. Gerardus Mercator eum ipsum usque ad proxima Passionis Christi tempora deduxit, ut cum Astronomicis observationibus commodius conferri possent, ad annum scilicet Christi 38. sed & ad nostram usque ætatem continuavit.

VIGINTI ANN. CURRICULUM.

Vide infra, Imperii durationis tempus, Vicennalia.

QUINQUAGINTA ANNORUM.

Jubilæus primus anno M. 2549. ab exitu 95. ab Israelitis ex Moysi instituto celebratus, idemque incidit in Sabbatum terre septimum. Sic decimus Jubilæus incidit in an. M. 2989. qui idem fuit terra Sabbatum 30. Post Jubilæum 17. in Babylonem abducti. Post reditum è Babylone Jubilæus primus terra Sabbato septimo, quòd incidit in an. M. 3481. Jubilæus septimus in Sabbatum 49. An. M. 3775. *Mercator.* Alter *Tovius Lalamentius* comm. de anno: Primus Jubilæus annus fuit primus annus ingressiois in terram Chanaan, & quintus annus Josue ducis, & annus mundi 2499. A quo usque ad prædicationem Jo: Baptistæ, & Baptistæ D. Jesu Christi, viginti novem quinquagenaria seu Jubilæi cum ann. 49. fluxerunt.

SEPTUAGINTA SEX.

Calypus Cyclum an. 76. ex quatuor Metonicis contextit secundo an. Olymp. 112. Itaque an. 2. Olymp. 131. cepit secundus cyclus.

CENTUM, SECLUM.

SECLUM *quæd est spatium centum annorum (à Senæ dictum) partu & morte hominis definitum.*

Vide infra.

Augustus anno v. c. 734. Seculares ludos quintò perfectit. *Dion. l. 54.* Claudius Imp. coll. suo quarto, A. v. c. 798. seculares ludos exhibuit, 63. an. à ludis Augusti intercedentibus. *Plin. l. 7. c. 48. Tacit. l. 13.*

CHRISTIANIS.

A. M. 4273. A. C. 306. Constantinus M. in Britannia imperare cepit.

A. M. 4441. C. 475. Augustulus ultimus Occidentis Imp. abdicavit.

A. M. 4459. C. 492. Theodericus Ostrogothos Italiam occupavit.

A. M. 4510. C. 553. Theja occiso à Narsete, Ostrogothorum regnum finitur.

A. M. 4534. C. 567. Longobardi Italiam invadunt.

A. M. 4587. C. 620. Mahometi pseudopropheta tyrannidis initium.

A. M. 4740. C. 773. Longobardorum regnum, Desiderio rege capto, Carolus M. an. regni v. sustulit. Septennio post Imp. Occidentis creatus.

A. M. 5418. C. 1452. Constantinopolis Turcorum jugum subit. Et si alii seq. ann. ponant.

A. M. 5538. C. 1572. Matucina Patientes. Stella nova. Canticula in Aegypto exoritur 18. Julii, juxta Censorium c. 17. Id cum *Plin.* convenit, qui dicit, canem oriri 14. die post solstitium, l. 18. c. 47. Ab hoc exortu canis Heliaco seu maritino Aegyptii suum Magnum annum inchoabant, quoties primus dies mensis Toth cum Canis exortu congruebat. Continebat ille an. communes 1641. Julianos 1460. *Eber.*

ANNI SINGILLATIM CONSIDERATI USUS

CHRONOLOGICUS, ET VEL TOTIUS ANNI INSIGNES.

Sic Annus totus consideratur, ut insignis est Aetionibus, Passionibus qualibuscumque hominum ipsorum, vel eorum que ad hominem referuntur. Consule Tit. Tempus consideratum respectu numerate rei.

VITÆ HUMANÆ DECURSU ET MUTATIONE.

Annus Climactericus seu Periodicus, Criticus, Scalaris, Gradarius, Decretorius, vitæ humanæ manifestam affert mutationem per septenarios, & novenarios, veluti per scalas ascendens. Hinc *ibid.* quatuor 46. septenario in se recurrent, præcipue observatur: & *ibid.* quatuor 36. novenario septies repetito, Magnus idcirco dicitur. Heroicus climactericus dicitur 56. heroicis ingenis infidiatu solitus.

Ann. 1589. communi Mathematicorum calculo notatus observabatur, quid miraculi pariter esset: quando quidem eo vel universum mundum periturum, vel miranda quamplurima eventura prædicentur. In Gallia certe incredibili Guisiorum audactæ, que Henricum ducem ad regium solium jam exerat, Rex Henricus III. restitit, ut iis è medio sublatis, seipsum æmulatione liberaret. Poloniae regnum intestinis procellis miserè excarnificatum, quatuor uno eodemque anno reges habet: Sigismundum Suecum, Maximilianum Austriacum, Henricum Valesium Gallor. Regem, Poloniae olim administratæ Titulo utentem, & Stephanum Barthoræum tunc temporis inhumatum. Suecia tumultuum incendiis flagrat, arces aliquot bello pridem captas amittit. Moscus, mente licet paululum remotas, amissa recuperat, Daniam rege Frederico II. demortuo, relictoque undecimo filio, interreges quatuor gubernant. Scotia Regina à propria cõsanguinea, mulier à muliere damnatur, & supremo supplicio afficitur. Anglia fugata classe Hispana mirabilem victoriam obtinet. Hispanus classem præpotentem amittit, & à Draco infestatur. Persa moritur. Tur Hæ infeliciter in Ungaria cum Christianis pugnat. Ungari crebris ejusdem incurfionibus molestantur. Maximilianus Austriacus à Polonis captus, custodie traditur. Italia à Bannitis plurimum vexatur. Germania veteri lethargo sopita, nunc hanc nunc illam religionis faciem excolatur: arque ut (compendio utar) ab ortu Solis usque ad occasum, nullus ferme remanet locus, in quo non miratu dignum aliquid hoc anno contigerit. Omitto portentosa hoc anno visa, quæ plerumque præcedunt, cum insignis aliqua calamitas impendat.

Ann. 1188. c. 31. de anni cujusdam fertilitate sic scribit: Sed jam & Calend. Januarii defectu vasorum vindemiantes vidi, piscinæque musta conditi, aut vina effandi priora, ut dubia reciperentur. Hoc non tam sæpe proventus nimio evenit, quam sevitia infidiantium caritati civili. Sed æqui patrisfamilias modus est, annonæ cujusque anni uti. Id peraq; luscrosium.

Ann. 2024. Abraham ex Hur Chalæorum evocatur. 24. post anno circumciditur. Initium novæ legis.

Ann. secundum, sub lege scripta, à Deo tradita, dividitur in tempus,

Ante legem datam Moysi, Ergo,

A. M. 2048. à D. 392. Abraham circumciditur.

A. M. 2293. à D. 582. Israel in Aegypto proficiscitur.

A. M. 2436. à D. 780. Diluvium Deucalionicum.

Post legem Moysi datam Israelitis ex Aegypto egressis, An. 2453. à Diluvio 798. Moyses legit tabulas in monte Sina à Domino acceptis anno sequenti.

A. M. 2888. Israelitarum primus rex Saulus.

A. M. 2934. Templum Domini Salomon inchoat.

A. M. 3124. Sardanapalus ab Arbace Medo victus. Et sic Assyriorum Monarchia à Babyloniis ad Medos.

A. M. 3227. Decem tribus à Salmanasare abducuntur.

A. M. 3363. Captivitas Babylonica Judæorum, Templi destructio.

A. M. 3417. Alyxæ Medorum rege capto à Cyro, secunda Monarchia Persarum incipit.

A. M. 3433. Captivitas solutio, & Templum secundum ædificatum à Zorobabele, sub Cyro.

A. M. 3501. Eldas & Nehemias reverti, sub Artaxerxe.

A. M. 3638. Dario Persarum rege victo, Alexander M. Græcorum Monarchia tertia basim jecit.

A. M. 3827. Simon Machabæus jugum Seleucidarum gentilitium excutit.

A. M. 3904. Hierosolyma capta à Cn. Pompejo.

A. M. 3919. C. Jul. Cæs. Dictator perpetuus. Ethic Romana Monarchia quarta incipit.

A. M. 3929. Hierosolyma ab Herode expugnata.

A. M. 3965. Jesus Christus nascitur, A. v. c. 750. Olymp. 194. an. 2.

Ævum Tertium sub lege Gratia à Christo *Secula Spæra* reventata, qui xx. an. Tyberii, M. 4000. passus est, dividitur in Tempus Romani Imp. sub Imp.

ETHNICIS, sic

A. M. 4036. A. C. 70. Hierosolyma à Tito everta.

A. Annus primus Jubilæus à Bonif. IIX. institutus & celebratus, ann. 1300. Hunc ritum postea mandavit 100. quoque anno celebrari, antiquæ legis imitatione. *Volat.*

TRECENTURUM AN. CYCLUS.

Hipparchus post Calippum an. circiter 202. sedecim novemdecennales in unum contraxit Cyclum annor. 304.

QUINGENTURUM.

Tales sunt in factis 70. Hebdomadæ Danielis, quarum meminit c. 1. suæ prophetiæ. Incæpere A. M. 3513. Olymp. 81. an. 2. usque ad A. M. 4000. quo passus est Christus Dominus, in ipso terra Sabbato 81. tertio anno septuagesime hebdomadæ, secundum *Mercator.*

MILLE ANNORUM CYCLUS.

An. Sal. 249. millesimus fuit ab urbe condita, Æmiliano & Aquilino Coss. Itaque Agon actus à Philippo Imp. an. vi. Imperii. *Cassiod.*

MILLIA ANNORUM.

Ex domus Helix vaticinio, Hebræi per manus traditum suis libris passim inferunt, Sex millia annor. mundi, & postea destructio: duo millia inane: duo millia Lex: duo millia Christus. Et si quid ex his deest, propter peccata nostra deest, quæ magna sunt & innumerala. Sequitur inde Sabbatum æternum, cum Deus omnia erit in omnibus.

Ævum primum, sub lege naturæ ab ipso Deo inspirata, five mensibus inscripta. Dividitur in,

ANTE DILUVIANUM per an. 1656. quo terra tota, ut hominibus frequentata, sic seeleribus infecta fuit. Itaque hoc tempore Aegyptiorum Dynastia fuerint necesse est (aliquot ex xvi. illis quas Eusebius enumerat) per 9. an. millia, ut Plato testatur, non fabulosa, si lunares ann. intelligamus. Atlanticum item bellum inter multa alia extricte probabile est: Et si hujus solius, ut omnium maximi, memoria etiam post diluvium conservata fuit.

Post diluvianum An. M. 1667. primum post diluvium fuit.

Et quidem,

An. M. 1841. à Diluvio 185. Assyriorum prima monarchia incipit apud Babyloniis: Rex primus Belus, secundus Ninus, quem Nemrod sacre Literæ appellare videntur.

An. M. 1846. à D. 190. Aegyptiorum inferioris Aegypti Dynastia xviii. Paforum, quorum primus Salsis: ante quem obscura omnia historis.

An. M. 2024. Abraham ex Hur Chalæorum evocatur. 24. post anno circumciditur. Initium novæ legis.

Ann. secundum, sub lege scripta, à Deo tradita, dividitur in tempus,

Ante legem datam Moysi, Ergo,

A. M. 2048. à D. 392. Abraham circumciditur.

A. M. 2293. à D. 582. Israel in Aegypto proficiscitur.

A. M. 2436. à D. 780. Diluvium Deucalionicum.

Post legem Moysi datam Israelitis ex Aegypto egressis, An. 2453. à Diluvio 798. Moyses legit tabulas in monte Sina à Domino acceptis anno sequenti.

A. M. 2888. Israelitarum primus rex Saulus.

A. M. 2934. Templum Domini Salomon inchoat.

A. M. 3124. Sardanapalus ab Arbace Medo victus. Et sic Assyriorum Monarchia à Babyloniis ad Medos.

A. M. 3227. Decem tribus à Salmanasare abducuntur.

A. M. 3363. Captivitas Babylonica Judæorum, Templi destructio.

A. M. 3417. Alyxæ Medorum rege capto à Cyro, secunda Monarchia Persarum incipit.

A. M. 3433. Captivitas solutio, & Templum secundum ædificatum à Zorobabele, sub Cyro.

A. M. 3501. Eldas & Nehemias reverti, sub Artaxerxe.

A. M. 3638. Dario Persarum rege victo, Alexander M. Græcorum Monarchia tertia basim jecit.

A. M. 3827. Simon Machabæus jugum Seleucidarum gentilitium excutit.

A. M. 3904. Hierosolyma capta à Cn. Pompejo.

A. M. 3919. C. Jul. Cæs. Dictator perpetuus. Ethic Romana Monarchia quarta incipit.

A. M. 3929. Hierosolyma ab Herode expugnata.

A. M. 3965. Jesus Christus nascitur, A. v. c. 750. Olymp. 194. an. 2.

Ævum Tertium sub lege Gratia à Christo *Secula Spæra* reventata, qui xx. an. Tyberii, M. 4000. passus est, dividitur in Tempus Romani Imp. sub Imp.

ETHNICIS, sic

A. M. 4036. A. C. 70. Hierosolyma à Tito everta.

FAME.

Consule Tit. Fames memorabiles.

PESTILENTIA.

Vide locum Pestilentia memorabiles.

BELLIS.

An. 376. Valente in Oriente, & Valentiniano II. cum Gratiano fratre Occidentis imperantibus, magnarum atque insignium calamitarum initium introduxit, quas primum Orientale, deinde Occidentale Imp. pertulit. Hoc enim primum Gothi, atque Alani ab Hunnis exagitati in Thraciam ac finitimas provincias (quod milles ante, sed irrito semper conatu, tentaverant) penetrarunt: unde multa, & exque acerbissima elades, ac propè quotidianae offensiones manarunt: ut verè hic annus notari possit, tanquam univèrso terrarum orbi, qui deinde barbarica rabie assidue laceratus est, funestissimus. Sigon. l. 8. Imp. Ital.

An. à Christo nato quadragesimus, omnium quos Occidens vidit, maximè memorandus. Exiit namque initium irruptionum barbaricarum: quibus in dies magis laevitibus, Occidentale Imp. est usque ad extremam interectionem afflictum. Neque enim nullum sine bellicæ calamitatis, sine barbaricæ feritatis, sine vesane cupidinis libidinis excogitati exemplum potuit, quod non in ipsas provincias, civitates, agros, hominesque passim cum maxima atrocitate sit editum. Quippè Alaricus cum per quinquennium in Epiro Imp. Orientalis provincia, una cum Gothis, & fœdis Græciæ direptionibus & maleficiis intentus sedisset, tandem animum ad invadendum Occidentem adjecit, atque in Dalmatiam, & ut Jornandes scripsit, in Pannoniam transiit: eaque latè populans, ducibus Honorii Imp. patientibus percurfavit. Sigon. l. 10. Imp. Occid.

FELICITATE ET INFELICITATE. An. v. c. 648. Q. Serrano & Q. Cæpione Coss. Cimbrini Italiam ingressi, A. Scæurum prælio vicerunt: eodemque ad C. 111. Non. Jan. natus est M. T. Cicero, cujus lingua etiam nunc hodie apud Barbaros de Barbaris triumphat. Gell. l. 15. cap. 28.

SECUNDUM PARTES v. c.

VER SALUBRE VEL INSALUBRE.

Ex Tit. Pestilentia, insalubris veris exempla quadam.

ÆSTAS SICCA.

Vide infra, Annus Siccitate nobilis.

AUTUMNUS.

An. 1435. per Autumnum tantæ fuerunt tempestates, quibus nulla hominum memoria similes unquam vidit. Dejecta per nemora ingenia arborum robora, intumescere cuncta flumina, rupti sunt aggeres: infinita hominum jumentorumque multitudo intercepta perit. Ad Albim, Visurgim, Rhenum deinde ceciderunt nives profundissimæ, ut per aliquot dies in via essent itinera. Sequutum gelu inauditum, ut multi per itinera perierint viatores, duravitque in medium quadragesimam. Crantz. l. 11. Vandaliæ c. 19.

HYEMS VEL SEVA, FRIGIDA.

An. v. c. 353. frigus fuit maximum. Romani Anxus receperunt. Ductante in Partibus exercitum Corbulone, hyems adèrè sevit, ut obducta glacie humus, locum tentoris non præberet, nisi effossis: & ambulerentur malorum artus frigidis vi, & inter ex cubias quadam sint exanimati. Militris facem lignorum gestantis manus ita prærigere, ut oneri adherentes, truncis brachiis reciderent. Cal. ex Tacito.

Sub Phoca Imp. mare frigore congelatum, pisces postea mortuos eiecit. Niceph. l. 18. c. 43. Blond. Dec. l. 1. lib. 9. Paul. Diac. l. 17. rer. Rom. Zonar. tom. 3. annotavit, an. Justiniani 27. tam asperam & duram fuisse hyemem, ut volucres & immanes bestie capipoterint.

Circiter an. D. 761. sub Constantino Copronymo, quo E Turcæ ex portis Caspiis in Armeniam irrupere, Cal. Octob. factum est gelu severissimum in toto orbe, præsertim in Septentrionali parte, ut pelagus Ponti usque ad 100. miliaria præ glaciæ rigore in lapidis duritiem fuerit verum, habens cubitos in superficie ad profundum xxx. cunctis nimirum regionibus ab ipsa Lycia usque ad Danubium, & per reliquas ripas usque ad Mesembriam & Mæciam similiter patientibus. Cumque hujuscemodi gelu nive fuisset coopertum, super alios xx. cubitos crevit, ita ut mare aridæ conformaretur, & pedibus calcaretur in superficie glaciæ à Cazaria & Bulgaria, quin & adjacentibus insulis, tam ab hominibus quam agrestibus & mansuetis animantibus. Februario vero mense aere tepescit, glaciæ in fragmina redacta est, quæ venti vehementis impetu violenter per mare agitabantur, collibus & spatiosis insulis non dissimilia. His animantes inerant fere, & cicures exanimatæ, adstrictæque glaciæ. Eorum fragmina quædam, vi ventorum sub aquis impetu vehementi marinis impacta mœnibus, non ipsa tantum, sed & vicinas ades prostraverunt. Hæc æstus ingens est sequentis, quo & zœnnes amnes siccatis sunt, & fontes penitus defecerunt. Zonar. Cedren. Paul. Diac. l. 22. rer. Rom. Cedren. & Sigeb. ann. 763.

An. 764. ingens in Orientis & Septentrionis partibus gelu exiit. Pontus ad 100. millia pass. ita obrigit, ut glaciæ lapidis duritiem exaquaret: & nive ad xx. cubitos alta superveniente, similitudinem montis referret. Eadem Februario mense u. indictionis in multas partes diffracta, ac secundo æstu ad mœnia Constantinopolis delata, omnibus ad portuosæque in spectaculum accurrentibus, pavidas ac turbulentes cogitationes injecit. Mense Martio Stellæ celo labentes apparuere, omnibus, quorum objectæ oculis sunt, ultimam sæculi finem adesse credentibus. Sigon. l. 7. reg. Ital.

Romano Lacapeno imperante gravissimum fuit frigus, adèrè tertio per dies cxx. glaciæ durata fuerit. Id gelu subsecuta est, quanta nunquam antea, quæ in tantum sævit, ut vivi mortuis effereendis non sufficerent. Cedren. An. C. 821. Autumnus fuit humidissimus, adèrè ut Autumnalis fatio jugitate pluviarum in quibusdam locis impedita sit. Cui hyems in tantum prolixâ successit, & aspera, ut marini amnes, Rhenus, Danubius, Albis, Sequana, adèrè solida glaciæ stringeretur, ut 30. vel eo amplius diebus planities huc atque illuc commentaria, velut pontibus vincula sustinerent: cuius resolutio non modicum villis juxta Rheni fluentia constitutis damnum intulit. Annal. Francor. ann. Dom. 821.

Nivem in die S. Mauritii cadentem, per 29. septimanas, usque ad Pascha durasse, & jumenta & homines extinctos esse, & lunam defecisse ad 3. nonas Martias, Annal. Francor. tradunt, & Martin. in Chronico, circa annum X. Lud. Christi 825.

Hyems solito asperior & prolixior fuit, & gelu à calendis Novembris usque ad vernale æquinoctium duravit, an. 875. Sigeb.

An. 864. antequam Constantinus Scotorum rex à Danis cederetur, concreti sunt lacus, flumina, torrentes, amnes cuncti, à capite Novemb. ad Aprilis exitum: quando soluta glaciæ simul cum nivibus ad id tempus perseverantibus, ingens aquæ vis ita exundavit, ut plantitas ad radices usque montium repleret. Quæ recedente, incredibilis ranuculorum vis in agris relicta aerem infectit. H. Boeth. l. 10.

An. 1124. hyems solto asperior exiit, & ob nivis sæpius cadentis copiam adèrè horrida & molesta, ut malorum, tenuium præsertim, liberi frigidis injuria enecci, & pisces in multis vivariis sint suffocati. Tanta enim spissitudo glaciæ erat, ut plaustra gravi pondere onusta transmittere possent. In Brabantio anguille innumerales, propter glaciæ paludibus relicti, in fœnilla se abdididerunt, ubi etiam hyems asperitate extinctæ computruerunt. Secuta est læs, quæ non modo in homines, sed etiam cætera animantia lævit. Magna quoque intemperies ætis fuit in Martium mensem usque, & ob varias vicissitudines nivis, pluvie, & gelu, non parum detrimenti attulit. Nam vix Majo mense tandem arbores effloruerunt: agræ terra frigore diurno oppressa, tandem herbas virides & gramina protulit. Imbet autem singulis mensibus penè deciduis, semina terræ commendata propemodum absorpsit, & avari spem agricolæ est frustratus. Vinc. l. 26. c. 54. & Sigeb. Continuator.

Anni 1126. hyeme Padus in Italia frigidior usque adèrè congelavit, ut incitatum equorum curium, ac gravia jumentorum & plaustrorum onera sustineret: ac se viatoribus quasi

Aquasi campum ad iter utroque citroque faciendum substraverit. Sigon. lib. 1. regni Italici.

Anno 1202. in Scotia tanta tamque diuturna fuit asperitas hyems, ut ante Martii dimidium nemo terram arato proficere valeret: cerevisia congelata pondere vendetur: nix continua multos dies caderet, eaque maxima pecuniam strages fieret: tertæ mense verò quotidie ab Epiphania Domini usque ad Cal. Feb. factus. H. Boeth. lib. 13.

Anno 1323. frigore mare contractum, ut pedes per glaciem itinere de litore Germanico in Daniam atque Prusiam mare transiret, dispositis per opportuna loca in glaciæ hospitibus. Crantz. lib. 8. Vandaliæ c. 7.

Frigus ingens an. 1263. sic ut lacus Tigrinus præ frigore concreveret. Vide Titulum Humanitatis hominum erga brutia.

An. Sal. 1399. per brumam gelu ita terras ac maria contractis, ut sicco vestigio è Lubica per mare in urbem Sundensem, inde in Daniam perveniret. Qua opportunitate uti fratres Teutonici, Massagetæ feliciter oppugnare, cum lacus, & paludes, & omnia receptacula eorum glaciæ durata iter præberent. Usum est eadem Albertus quoque comes Holsatiæ, qui in Phryiam Eudorensis movens gladio & igne sævit, coegitque populum terræ datis sexdecim marcharum millibus totius terræ vastitate redimere. Hoc tum potuit comes unus, adjutus temporum ratione. Crantz. lib. 10. Saxonie, c. 18.

Circa annum Sal. 1232. fuit hyems adèrè glaciæ, ut concreto circa Venetam urbem stagno, Clodiam usque pedibus iretur, & ex Mæstia oppido curru sita fissa Venetias advecta, quod à condita urbe nunquam acciderat. Sabell. lib. 10. c. 10.

Cum Dux Burgundiæ Carolus Leodicenses oppugnaret, tam gravis erat hyems, tanrumque frigus, ut ex nostris vir quidam nobilis pedem, alius verò digitos manuum amitteret. Vinum sic erat adstrictum gelu in ipsis vasis, ut securi fractum distribueretur militibus, qui calidæ aliunde calore circumferrebant illud, donec liquesceret. Philip. Sonim. 3. hist.

An. 1489. vel 1490. tantum tamque perpetuus nimium rigor fuit, ut omnia Venetæ urbis æstivaria congelaverint: neque pedibus modo, sed in equis etiam homines ex agris ad extremum urbis marginem commeatibus importandis sine periculo venitatis: Magistratusque Mestrinus ad Secundum sanum, quod est in mediis ad urbem vadis, curru pervenerit. Quibus quidem diebus etiam in media latissimaque urbis via, per quam naves onerariæ magnæ permeant, constructio glaciæ mari, niveque superaddita, admissis per ludi speciem equis, Græci hastati equites concurrerunt: vini, ficus, oleæ, annis aliquot, intra Alpes Athesimque atque Padum flumina exussis super terram arboribus, proventum angustiorum habuerunt. Bembo lib. 1. Ven. hist. Circumvehebantur venales aquæ, ut asfolet, in cymbis, verum ita frigore concretæ, ac lecuribus diffractæ, ut magis oculorum æstimatione venderentur, quam mensura. Palustres & marinæ volucres in paludibus deprehense minoræque animalia in tolerandis frigidibus passim interierunt. Sabell. lib. 8. Ann. 10.

Miti.

Ferdinandus II. Rex Neapolitanus, adventante Carolo VIII. Gallis rege cum valido exercitu, ad sancti Germani Dalsium visum innotitionibus se tenere hostemque ferocem & pugnandi avidum cunctando ludificari decreverat, donec aut pabuli inopia aut tedio hyems, aliqua hostibus ex iniquo loco dimicandi necessitas imponeretur. Verum hyberni dies, perpetua æris serenitate vernis æstivisque permissiles, Gallorum spei tam opportunè acciderunt, ut quamquam omne fermè pabulum ab Aragonis paulo antè esset corruptum, ipsi tamen ex remotioribus locis facillè pabularentur, ac omnium rerum copia, floridæ hyemis beneficio, plurimum abundarent. Adèrè ut cuncta secunda atque facilia Gallis, adversa autem & aspera Aragonis, fatorum vi ac superiore consilio præberi viderentur. Jovius lib. 2. Hist.

PARTES DISTINCTIUS CONSIDERATA.

Quatuor anni tempora, qualitatibus naturalibus & temperamento distinguuntur. Ver est humidum, & calidum: Æstas calida, & sicca: Autumnus siccus, & frigidus: Hyems frigida, & humidâ. Quod diffiduum admodum conveniens est, & multam illius laudem Philo Indicus scripsit lib. qui L. B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.

in scribitur, Quis rerum divinarum sit hæres? Quidam volunt E quod ver dictum sit à vireo: Æstas ab æstuo: Autumnus ab augeo: Hyems à 7 viis, à tempestatibus.

Cæterum Ægyptii per tres tantum qualitates annum temetabantur, ver, æstatem & hyemem, quæ singula tempora cxx. diebus constare voluerunt, ac, uti scribit Theopompus Hyemem Saturnum, Æstatem Venerem, Ver Proserpinam appellabant.

Qualitates anni & temporum, & eorum proprietates, hiversus declarant:

Ver præbet flores, calidum ver ferret, & humet: Æstas sicca caler, formosa est messibus Æstas: Musta dat & morbos Autumnus, siccatur, & alget: Friget & humet Hyems, glaciæ & nive flumina stringit. Quando verò inchoantur, versus sequentes declarant. Sunt Ariet, Taurus, Gemini tibi fydava Veris: Æstatem Cancer, Leo trux cum Virgine complens: Scorpius Autumnum, duplici cum Lance sagitta: Hinc Hyemem Pisces, Capricornus, Aquarius addunt.

CAUSA.

Causa efficiens illius temperamenti, est motus Solis, & F aliorum corporum cælestium, ac stellarum etiam errantium juxta illud Gen. 1. Dixit autem Deus: fiant Luminaria in firmamento cæli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, id est signa temporum, dierum, &c.

FINIS.

Hujus diversitatis temperamenti finis est multiplex commoditas mundi sublunaris. Hinc enim rerum omnium generatio, ortus, frugum maturitates, & humani corporis fitimitas provenit.

De qua re Boeth. lib. 4. de consolat. Philos. metro 6.

Idem causa vere repenti Spiritus florifer annus odores: Æstas Cererem fervida siccatur: Remeat pomis gravis Autumnus: Hyemem defluis irrigat imber. Hæc temperies aiat, ac profert Quiddam vitæ an spirat in orbe, Eadem rapiens condit & auferit Obiit mergens orta supremo.

Legatur D. Ambrosii lib. de Noe & Arca, c. 23.

ANNUS JUBILÆUS JUDÆORUM.

Erat is annus quinquagesimus, quem Deus voluit esse lætum, ac sanctum: Sanctificabis annum quinquagesimum ait ad Moysen, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipse est Jubilæus. Levit. c. 25.

NOMINATIO.

Vocatur Remissio, nempè servitutis, debitorum, & bonorum alienorum. Si enim ea fiebat anno septimo, ut patet Deuteron. c. 15. quantum magis isto? Dicitur Jubilæus à voce Jobel, quæ quibusdam exultationem, alius verò adductionem, five affluentiam significat, quòd illo anno omnia bona redirentur ad proprium dominum, & libertatem pristinam. Unde S. Hieronymus in Isaiam vocat Jubilæum annum dimissionis.

Nisi velimus dici Jubilæum à Jubilando, quia buccinæ jubilo publicabatur; septem enim buccinis prænantabatur Jubilæus, & fiebat id quinque mensibus, antequam inchoaretur Jubilæus; nempè mense septimo anni xlix. die x. H INITIUM.

Quo anno mundi cœperit, fueritque primus Jubilæus, supra dicitur; quamvis exactiores chronologi aliter eo sentiant, nempè primum Jubilæum numerari cœpisse ab anno mundi 2500. qui annus fuit Jubilæus mundi quinquagesimus; quinquages enim quinquaginta faciunt 2500. Exeunti ergo Jubilæo mundi quinquagesimo succedit numeratio annorum Jubilæorum Moysi, ita ut sic Jubilæus Mundus sit exordium primi Jubilæi Moisaici, quod terminatur, vel celebratur an. 1550. Sequitur ex hinc Christum natum in fine xxx. Jubilæi Moisaici.

Annus autem Jubilæus, uti & septimus, qui annus quietis erat, fiebat exordium ab Autumnio, ut observat Pererius to. 1. in Genesim lib. 1. quia si à verno, inquit, sumptum fuisset, omnes fructus terræ sexti anni, quo mense Nisam non erant in Palestina maturi ad mensum, interessent. Quod erat contra divinum promissum de triplicato frugum emolumento dando, pro sexto, septimo, & octavo anno.

A PRIVILEGIA.

Tria potissimum fuerunt. Primum, quod in eo remittebantur omnia debita, unde vocatur annus remissionis. Secundum, quod in eo servi manumittebantur, & fiebant liberi. Tertio, quod avitae possessiones redibant ad legitimos & primos heredes, sine illo pretio aut compensatione. Levit. c. 25.

CAUSAE INSTITUTIONIS.

Prima, ut bona immobilia ad primum dominum redirent, ad tollendam confusionem tribuum, sed ut ea per hereditarias successiones cognoscerentur: idque propter Messiam venturum, & ex tribu Juda nasciturum.

2. Ut familiae honestae non interirent, si forte quis agros dilapidasset.

3. Ut servaretur hac ratione aequalitas modiorum inter Iudaeos.

4. Ne pauperes perpetuo exuti manerent paternis bonis & aere alieno consumerentur.

5. Ut esset typus perfectissimae remissionis, sive Jubilaei Christianorum, quod Christus adferret in lege nova, quod situm est in remissione peccatorum, & bona conscientia, ac firma spe beatitudinis aeternae, denique in unione & amicitia cum Deo.

Hoc ferè est magnum, & solemne, ac pulcherrimum Jubilaei festum, ait Rupertus, Evangelica clangente buccina celebrandum, ita ut revertatur homo ad possessionem, & familiam suam, cum offensam in nos remittimus, ut omni discordia soluta, cuncti redeant ad pristinam familiam pacis & concordiae, atque habeant cor unum & animam unam, & canant: Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum! Haec Rupertus.

JUBILAEUS CHRISTIANORUM.

Ejus institutio, Progressus, Usus, Forma, Ceremonia, Privilegia.

BONIFACIUS IX. PP. ann. Sal. MCCCXCV. Jubilaeum annum instituit, & centesimo quoque anno renovari iussit, & illis qui Romanam venirent, & ibi preces suas effunderent, ad D. Petri atque Pauli sepulchra, peccatorum omnium plenam condonationem promisit, ut populum & Romanam ac inani secularium ludorum celebratione, ad verum solemne sacrum reduceret. Quinquagesimo post instante anno, Clemens VI. lxxxix. Jubilaeum celebrari i. quoque anno (quam aetas hominis vix Jubilaeum illum c. anno attingere possit) qui verus Jubilaeus fuit annus 1345. (Volaterranus l. 22.) in quo septem quadraginta novem constituit: ut proximus quinquagesimus esset verus sabbaticus, tribuens plenam remissionem peccatorum. Eo anno tantam fuisse hominum multitudinem Roma scribit Petrarcha oculata fide, ut nihil minus fuerit, ex ea colluvione ortam gravissimam pestem, quae omnem Italiam ita exhaustit, ut ex mille vix decem superessent. Crantz. lib. 6. Metrop. c. 43. Urbanus VI. PP. Jubilaeum de anno quinquagesimo transiit ad trigessimum tertium, quot sunt anni Christi Jubilaeum praedicantis: statuitque, ut anno 1390. primum, & deinceps per trigessimum tertium servaretur. Crantz. lib. 10. Metrop. c. 21. Postremò Sixtus IV. Jubilaeum ad xxv. quemque annum reduxit, primumque celebravit, qui fuit annus MCCCCLXXV. Salutis: id fecit, ut quaeque aras ejus muneris particeps fieret. Eo tempore Pontifex autem, uti vocant, portam aperit, ad quam infinita concurrunt hominum turba, consequenda peccatorum remissionis causa. Malloco Pontifex auro portam ferit, quem deinde honoris causa largiri solet alicui. Dum portam Pontifex malloco percutit, opifices illam vectibus effringunt. Ibi populus, qui certatim irrupit, ejus ruinae calcem atque rudera studiosè colligit. Cornelius a Lapide & Pererius in Genesim.

Sub Nicolao V. anno MCCCC. pronuntiato Jubilaeo, tanta multitudo Romam venit, quanta nunquam antea. Sic ut multi praeter turbam suffocati perierint. Sabellius lib. 5. Enn. 10. & Platina.

Jubilaeum Nicolaus V. ad spatium unius anni post peractum Romanum, Polonis Cracoviae, Gnesnae, Leopoli, & Vlnae concesserat, ea lege, ut quisque dimidium ejus, quod in itinere Romano impensurus esse videretur, in caplam reponeret; ex ea verò pecunia, ut dimidium Regi in sumptus belli contra Tartaros gerendi cederet: de reliquo dimidium, dimidium Sophia regina in dotem egentium puerularum auferret; reliquum verò Pontifici pro instaurandis Romae templis mitteretur. Sed, cum gravis vulgo ea

esset aestimatio, ad quartam redacta est. Cromerus E. lib. 22.

ALEXANDER VI. cujus Pontificatus incidit in annum humanae Salutis MD. Sixti sequutus instituit, cepit Jubilaeum non modo Romae, sed etiam in longinquis provinciis ac stationibus ubique gentium instituire: idque tam sui quam populi Christiani commodi causa, uti aiebat, fecit, quo cum labore petenda urbis levaret. Polyd. lib. 3. c. 1. de inven.

JULIO IV. in Pontificatu omnium primò operi fuit referate statim, à Clemente ante xxv. annos clausam sacram in Vaticano portam, alias item primariorum templorum referendas Cardinalibus certis demandare, veniam delictorum omnibus concedere. Magno omnium hominum concursu hic annus Romae celebratus est, Pontifice populo septuagesimo ostentante, benedicenteque, quo demum exacto: apertas per se portas, magna cum ceremoniarum pompa religiosè clausit. Parvius.

Jubilaei aetatis.

Anglorum Rex Edvardus III. anno 1300. quo quinquagesimum agebat aetatis annum, habens concilium ad Vvelf-monasterium, postquam de concilio sententia filios Leonellum ducem Clarentiae, & Edmundum comitem Cantabrigiae fecerat, exules revocavit, perduellibus pepercit, custodias omnes dimisit, condonatis malefactorum poenis, leges aliquot salutare tulit, privilegia olim à majoribus populo irrogata, quae vulgus Magnae chartae immunitates vocitat, de integro concessit. Hinc ortum dixerim, ut reges etiam nunc Jubilaeum aetatis colerent. Verbi gratia, Rex seu regina in annos singulos, tor inopiosos homines in cena Domini vestit, eisque largitiones facit, quot illo ipso die annos aetatis habuerit. Platina, & Polyd. lib. 19. & Volat. c. 22.

Sacerdotii.

MATTHIAS HOVIUS Archiepiscopus Mechliniensis, rare pietatis & vigilantiae praefuit, cui Ecclesia Belgica discipulnam debet, & simitatem; anno quinquagesimo peracti sacerdotii, qui recurrit in annum MDCXXVII. die 11. mensis Julii, summa cum pompa & applausu omnium, celebravit in aede sua metropolitana Jubilaeum, omnibus Episcopis provincialibus eidem in divino officio assistentibus, quod paulò post renovavit in Cenobio suo Assigientis Ordinis S. Benedicti, raro exemplo: nam & tunc in episcopatu annum XXI. agebat, quo tempore ordinaverat in sacerdotem numero bis mille & L. qui numerus ante mortem, quo illi, & Ecclesiae Belgicae importunè accidit 30. Maji anni MDCXXI. excrevit ad bis mille, quadringentos, & paucos alios: postquam ipse veneranda corporis maiestate pervenisset ad annum aetatis septuagesimum octavum.

ANNUS SABBATICUS JUDAEORUM.

EJUS INSTITUTIO, RITUS, CAUSA, OBSERVATIO ET Neglecti pena.

Annus Sabbaticus apud Iudaeos, qui & annus remissionis, erat annus septimus, quo jubebatur Iudaei cessare à cultura terrae & agrorum, unde non semel in sacris litteris mentio fit Sabbaticus terrae. Lev. c. 26. v. 24. 2. Paral. c. ult. v. 11. & alibi. Inchoabatur hi anni, juxta Josephum, à verno tempore, ut quando mundum à Deo creatum, annumque suum sumptissimè imitum plures Scriptores tradunt. Hi alii tamen non improbabiler ab Autumno numerandos censent, inter quos Cajetanus, & Pererius, quorum hic rationem dat, ne fruges anni sexti, quae matrae ad messim erant mense Nisan, interirent. Aliam tamen causam reddit Auguf. Fornellus in Annalibus anni Mundi 2584. n. 5. ad quem Lectorem remitto.

Hujus anni Sabbatici ceremonias & ritum habes Levit. 25. cap. ubi ita dicitur: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizetis Sabbatum Domini, id est observate Sabbatum seu quietem terrae. q. d. facite, ut terra anno septimo quiescat, à cultura; unde erat lex ceremonialis, spectans ad Dei cultum, sicut lex septimae diei, de Sabbatimo, id est septimo anno.

Hoc autem terrae Sabbatum Deus instituit, ait S. Auguf. 9. 99. in Genesim. ut ipsa vacatio terrae esset velut merces habitationis, & quasi pretium redemptionis ab illo cuius est, id est ab ejus creatore Deo: ut nempe Hebraei pro terra à Deo sibi data, illi hoc Sabbatum quasi in cultum & hominum quoddam rependerent.

Hojus

A Hujus autem legis observatio, uti neque anni Jubilaei, qui ex Sabbaticis pendet, & secundum illos computandus venit juxta quoddam, non obligavit Iudaeos in deserto, ut ex verbis Leviticis constat: sed duntaxat post divisionem terrae promissae à Josue forte factam: tunc enim solum caeli: cœpere agri, & fruges recondi; nam in deserto omnes aequaliter abebantur manna, & indebantur lanis incorruptis. Haec verò divisio accidit anno 47. ab egressu ex Aegypto, qui fuit septimus post obitum Moysis, & à mundi creatione 2500.

Ceterum Iudaei partim ob avaritiam, partim ob frequentem Idololatriam, bella varia, & captivitates, aliquando etiam ob legis ignorantiam & negligentiam, legalem hanc observantiam intermiserunt. Imò vix ante Babylonicam captivitatem, usum receptam aut retentam volunt nonnulli atque id pranuntium aestimant Levit. c. 26. v. 34. Atque in poenam, si vis potius compensationem illius Deum permisisse, ut totis 70. annis quibus illa duravit, Iudaei maneret inculta & quiesceret, quasi in supplementum pro Sabbaticis annis sive Sabbatimo ante transactis. Vide Auguf. Tornellum supra, Cornelium à Lapide, & Marium in cap. 25. Leviticis.

ANNUS LUNARIS.

SOLARIS, EMBOLISMALIS.

ANNUS LUNARIS constat duodecim mensibus, sive lunationibus, & habet dies 354. quia Luna describit suo cursu mensum suum 29. diebus, & 12. horis, numerando dies, qui ab una conjunctione Lunae cum Sole, interfluunt usque ad aliam conjunctionem, quando Luna cursu à Sole relicta incipit parere, sique novilunium; alioquin Zodiacum Luna peragat diebus 27. & illuminationis cursum 28.

Ceterum 12. ille horae aeternis mensibus junguntur, ut dies integer confusetur, v. g. si huius mensis dentur dies 29. sequentibus dabuntur 30. tertio rufus 29. quarto 30. & ita consequenter. Quo fit, ut annus Lunaris fit minor Solari undecim diebus. Quare ut eum Solari aequarent Hebraei, nunc tertium, geminando ultimum Adar, id est, Februarium, eumque annum vocabant Embolismalem, sive excrementem. Ita fiebat, ut idem planè effect exordium annis solaris & lunaris, singulis novemdecim annis.

ANNUS SOLARIS est, quem sol describit suo cursu, percurrentes Zodiacum, & habet mensis 12. dies 365. habetque unicam litteram Dominicalem. Et sique illud tempus, quo Sol motu proprio ad idem Zodiaci punctum redit, unde est digressus. Hinc Virgilius:

Namque in se sua per vestigia voluitur annus. Dividitur in communem, & bissexilem. Annus bissextilis habet dies 366. Dies enim unus ex horis, qui integris anni diebus adhaerent, quarto sumptis, collectus, quarto quolibet anno intercalatur, hoc est, inseritur in mensum Februarium, ante festum S. Matthiae: suntque tunc mensis illius dies 29. cum aliis sint tantum 28. Hinc verius:

Tunc bissextus erit, partes per quatuor aequas Annus partiri cum poteris Domini.

ANNUS MAGNUS. Platonici inter alia deliria, id etiam commenti sunt, quòd dicerent, revolutione certa siderum peracta, omnes omnino causas & effectus redirent, puta eosdem homines, urbes, scholas &c. Cujus revolutionis spacium vocabant ANNUM MAGNUM, eumque concludebant triginta sex annorum millibus, quo spatio credidit Ptolemeus peragi cursum nonae Sphaerae ab occasu in ortum. Cui tamen merito contradixit Alphonfus Rex in suis tabulis, in quibus, non nisi quadraginta novem annorum millibus istiusmodi periodum confici. Ceterum Platonici suum dogma à Pythagoreis, hi verò ab Aegyptiis acceperunt, ut scribit Herod. lib. 2.

ANNORUM VETERUM CUM NOSTRIS CONSENSUS.

Fuit idem annorum spacium ante diluvium, quale est modo; neque audiendi sunt, qui pro anno mensum intelligunt, pro mense triduum accipiunt. Nam cum scribantur plures fuisse pleni dies in sacris litteris, nullus tamen illa aetate pervenisset ad annum xxvii. quia nullus fuisse scribitur mille annorum. Et quatenus illa aetas fuerit: Deinde efficerent Cain & Enoch, cum essent sex annorum cum medio, genuisse filios, quos dicitur genuisse, dum essent lxxv. annorum: ergo nondum fuissent septennes: ut omittantur plura absurda inde provenientia.

L. B. Theat. v. ite Hymn. Tom. I.

Annus igitur veterum habuit mensis 12. & dies eodem E numero, sicut noster, excepta tamen nupera reformatione per Gregorium XIII. inducta. Interim idem fuit spatium tunc quod modo: quòd autem homines longeviores fuerint olim, & statim ipsis orbis initiis, quàm modò, investigabitur alio loco. Interim constat ex sacris litteris, vitam hominum definitam spatio annorum 120. post diluvium, ut volunt Philof. Rupertus Abidensis: tamen verius est, non vitam, sed tempus penitentiae à Deo hic fuisse definitum; nam plerique homines post diluvium diutius vitam protraxerunt.

SUPPUTATIO VARIA.

Ante diluvium anni supputabantur ab orbe condito, sive mundi exordio: etiam post diluvium ita invenias supputatos, quamvis nonnulli à diluvio peracto eos acceperint. Romani ab urbe condita annos supputabant: Christiani verò à nato Salvatore. Turcae, & alii infideles proprias habent supputationes, uti & Chronologiam quam sequuntur; neque memini legisse, quam rationem supputationis isti servant. Chineses, ut sunt Astrologiae peritissimi, propriam sibi fumere dicuntur à revolutione siderum, & eorumque motu.

GANEA GRÆCORUM QUOD ANNI.

GANEA apud Græcos scriptores, certum annorum spacium designat: non tamen idem apud omnes. Apud Enfibium lib. 1. de prepar. Evang. ponitur pro spatio xx. annorum.

Herodotus lib. 1. assignat ei annos xxxiii. lib. autem 2. xxxiii.

Diodorus lib. 3. cap. 13. & Conserinus de die natali Roman. eamque etiam determinat spatio xxxiii. annorum.

Dionysius verò Halicarnensis lib. 1. Roman. antiquit. ad c. annos extendit, dum dicit, imperium Medorum stetit 4. Ganeis, id est, annis quadringentis.

ANNI CLIMATERICI.

Qui & Hebdomadales, & Scansiles, quòd ex numeris velut per gradus sealarum ascendunt & colliguntur.

Ex Lucubratiombus Henrici Ranzovii.

Sunt Climatericorum Annorum duo genera, qui sunt quasi articuli quidam seu flexus aetatis, in quibus ad sequens temporis constitutionem sese vertat illa & inflectat, atque aliud temperamentum acquirat.

Primi & praecipui colliguntur à septimo numero, & hi Hebdomatici sive Climaterici nominantur, & sunt hi: 7. 14. 21. 28. 35. 42. 49. 56. 63. Climatericus magnus, 70. 77. 84. 91. 98. 105. 112. 119. 126. Climatericus maximus, 133. 140. 147. 154. 161. 168. 175. 182. 189. 196. 203. 210. 217. 224. 231. 237. 244. 251. 259. 266. 273. 280. 287. 294. 301. 308. 315. 322. 329. 336. 343. 350. 357. 364. 371. 378. 385. 392. 399. 406. 413. 420. 427. 434. 441. 448. 455. 462. 469. 476. 483. 490. 497. 504. 511. 518. 525. 532. 539. 546. 553. 560. 567. 574. 581. 588. 595. 602. 609. 616. 623. 630. 637. 644. 651. 658. 665. 672. 679. 686. 693. 700. 707. 714. 721. 728. 735. 742. 749. 756. 763. 770. 777. 784. 791. 798. 805. 812. 819. 826. 833. 840. 847. 854. 861. 868. 875. 882. 889. 896. 903. 910. 917. 924. 931. 938. 945. 952. 959. 966. 973. 980. 987. 994. 1001.

Reliqui à nono numero computantur. Et hi Enneatici sive Decretorii nominantur. Sunt autem sequentes. 9. 18. 27. 36. 45. 54. 63. Climatericus & Enneaticus magnus, 73. 81. 90. 99. 108. 117. 126. Climatericus & Enneaticus maximus, 135. 144. 153. 162. 171. 180. 189. 198. 207. 216. 225. 234. 243. 252. 261. 270. 279. 288. 297. 306. 315. 324. 333. 342. 351. 360. 369. 378. 387. 396. 405. 414. 423. 432. 441. 450. 459. 468. 477. 486. 495. 504. 513. 522. 531. 540. 549. 558. 567. 576. 585. 594. 603. 612. 621. 630. 639. 648. 657. 666. 675. 684. 693. 702. 711. 720. 729. 738. 747. 756. 765. 774. 783. 792. 801. 810. 819. 828. 837. 846. 855. 864. 873. 882. 891. 900. 909. 918. 927. 936. 945. 954. 963. 972. 981. 990. 1000.

Hos annos propter Patriarchas, & imperiorum periodos extendi necesse fuit; raro enim hisce temporibus homines, etiam vivaces 70. annum Climatericum his in locis superant. Pauci octuagesimum aut nonagesimum primum acsequuntur. Paucissimi & ferè nulli ad centesimum & quintum spiritum ducunt.

Inter Climatericos, & Enneaticos, periculosiores sunt, qui per tres hebdomadas annorum ascendunt, ut sunt 21. 42. 63. 84. 105.

A Periculossimi autem in aetate hominum, 49. 56. & 63. Quia primus numerus anni 49. continet septem septimanas & septies septem annos: in secundo 56. concurrunt septem & octonarius: in ultimo 63. septimus & nonus climatericus & Enneaticus. Nam 63. anni continent in se novies septenarium, aut septies novenarium, in quo cum septenaria & novenaria mutatio concurrant, humorum commotionem in corporibus majorem fieri necessarii arbitrantur, qui naturam aliquando propius investigando aspiciunt. Hic annus 63. Firmico testante, ex hac causa Andraclas ab Aegyptiis dicitur esse, quod omnem vitam substantiam frangat ac comminuat. Sicut Andraclion herbam, quia hominem occidit, dicitur. Ea vero eadem sit cum Mandragora, ambigunt eruditi. Nec nostrum est, tantas inter doctos componere lites. Illud certe extra omnem dubitationem positum est, multos praestantes atque illustres viros eo anno perisse, quorum Catalogum trademus. *In loco de Morte.*

B Augustus Imperator ad filium scribens: Letare, inquit, mecum filii, transgressus enim sum omnibus senibus periculosum annum sexagesimum tertium, & sibi gratulatur de superato hoc senum Climaterico. *Gell. lib. 5. c. 6.*

Idem Gellius dicit, observatum esse multa hominum memoria, expectumque in senioribus, plerumque omnibus sexagesimum tertium vitae annum cum periculo ac clade aliqua venire, aut corporis morbi que gravioris, aut vite interitus, aut animi aegritudinis.

C Franciscus Petrarcha scribit ad Bocacium, qui perit natali suo die, nempe eodem anno aetatis suae 63. Sic igitur tibi non quaerenti illud dicam, quod ante hac tibi alii que semper occultum, praeter unum nuper Astrologum in ea arte magnum nominis, cui scrupulose investiganti, & inde ut aiebat, injicere molienti, an significatori meo (ita enim vocant) vite meae tenor ac fama congruerent, & qui me progressu rerum, quive exitus maneret, hanc praesertim ob causam, quod opinio quadam pervetusta, & ipsa rei novitate mirabilis est. Sed ratio ea, quae ad probationem adducitur, mirabilior: dicunt enim, longa observatione compertum, tertium & sexagesimum vitae annum periculosum valde generi humano esse, vel insigni calamitate aliqua, vel morte, vel morbo corporis, aut animi. Quae cum gravia singula, tamen gravissimum ultimum.

Anni hujus multi meminerunt, sed hi nunc memoriae se offerunt. *A. Gellius in Noctibus Atticis. Confortius in lib. quem de seculis edidit. Et Julius Firmicus maternus Astrologus, nescio an verior ceteris, sed profecto cunctis ornator, lib. 4. Mathesios rem istam curiosius excutit, in ipsorum scriptis potest; quemadmodum & illa, quae a Gellio lib. 3. Noctium Atticarum, & Macrobio lib. 1. in Somnium Scipionis sunt annotata.*

Quot vero ad nostrum institutum attinet. Est ea quae ad reddendam ejus, quae singulis septem annis in hominum corporibus accidit, mutationis rationem, a nonnullis adferuntur, bene licet excogitata, mihi tamen (ut quod res est, dicam) non satisfactura.

Ego enim arbitror (salvo tamen aliorum quorumcumque judicio) Saturnum quidem esse praecipuum hujus rei causam, sed tamen non propter eam solummodo rationem, quam Marsilius Ficinus adfert, sed propterea quod plerumque est peregrinus, & a vita hominum alienus, & quod singulis ferè septem annis ad quadratum loci, aut si minus, ad contrarium naturae signi, unde egressus est, pervenit.

Nam quemadmodum Luna, quae nobis proxima est, & motu celerrima, ferè septimo quoque die in contrarium signu ejus naturae, unde egressa est, progreditur, & inde criticos producit dies, qui auctoribus Galeno & ceteris medicis doctissimis, ipsaque experientia attestante, in morbis, vel ad salutem, vel ad mortem, maximam adducunt mutationem: ita Saturnus, qui motu est tardissimus, tot annos ferè, quot dies Luna, in uno signo commoratur, hos periculosos & Climatericos annos operatur, & has mutationes fortunae, ac humorum causatur, eod quod Saturnus in generalibus temporum decretis non minus momenti habet, quam Luna in diebus secundum Ptolemaum.

Adjuvant illum & ceteri Planetae, propterea quod hi singulis septem annis, una cum Horoscopi protectione, ad propositum quadratumve signi ad 6. 7. 8. 9. & 12. domum alicujus nativitatis perveniunt, quae sunt loca adversa, infortunata, & formidolosa bonis, & vite hominum, & quod semper septimo quovis anno Horoscopus, & Planetae omnes proveniunt protectione

SCRIPTORES.

De his autem & reliquis annorum hebdomadibus & annis Climatericis scripserit & hi praeter eos, quos Petrarcha recenset, Plato, Philo Indicus, Macrobius, Cicero, Boetius, D. Ambrosius & Augustinus, Beda, Georgius Palla, multi veteres ac recentiores Philosophi & docti viri, nobisque in monumentis suis reliquerit hanc observationem usi & experimento comprobata.

CAUSAE EXITIORUM

HIS ANNIS OBE-

NIENTIUM.

Qui de his annis scribunt, causas non adferunt, quare iisdem talia contingant, qualia supra propositum. Quam enim in eo omnes consentiunt, quod hoc ita fieri confiter, tamen curid fiat, non explicant.

Seneca scribit, se exponere non posse per Philosophiam, quare septimus quisque annus aetati signum imprimat. Cum autem dies diem, & annus annum, & aetas aetatem doceat (ut in proverbio dici solet) semperque a posteris prioribus inventis aliquid addatur, aut planè novae considerationes & demonstrationes inveniuntur; Marsilius Ficinus Astrologiam hujus rei causam adfert, dicens: Cum Astrologi singulas diei horas septem Planetis ordine distribuant, & similiter septem hebdomadae dies, atque in ipso seculo menses ordine septem Planetis differerunt, sic etiam annorum dominium Planetis esse dividendum, & quod Saturnus septimo anno vite ab initio ipsius praesit, & cum ab eo tanquam Planetae summo ad infimum (Lunam) gubernatum redeat: ut sicuti locorum, ita & rerum quoque magna fiat innovatio & immutatio. Nonnulli alii his numeris tantam vim tribuunt, eod quod septenarius est plenus. Nam totus impar numerus ternarius est: totus par quaternarius, ex quibus duobus confurgit septenarius. Atque is dividi potest, ut nullus alius, primo in unionem & senarium, deinde binarium & quincuncem, postremò in ternionem & quaternionem, & quod ex variis figuris est compositus, multas formas admittit, & ex septem unitatibus etiam conficitur, & solus ex omnibus numerorum speciebus stat, & permanet, & quiescit, nec actionem sentiens, nec passionem, nec materiam, nec formam. Estque solus ex omnibus numerorum perfectissimus & absolutissimus, quemadmodum Deus ipse, qui omnia in numero, & mensura, & pondere disposuit, septenario numero in perfecta quarumcumque rerum descriptione, vel etiam cuiusque rei numerolitate, ac perpetuitate utitur passissimè: ut cum dicitur, *Proverb. 24.*

Septies in die cadit iustus, & resurgit, id est, quotiescumque ceciderit. *Et Psal. 119.* Septies in die laudabo te. Quod alibi hoc modo exponitur, Semper laus ejus in ore meo.

Suntque de hujus numeri dignitate & significatione non tantum à Pythagoricis multa tradita, sed & ab Ecclesiasticis scriptoribus, *Ambrosio in lib. de Noe & Arca, cap. 12. Augustino lib. 11. de civitate Dei cap. 31. Hieron. in Esa. cap. 11. observata, quae qui velis legere, in ipsorum scriptis potest; quemadmodum & illa, quae a Gellio lib. 3. Noctium Atticarum, & Macrobio lib. 1. in Somnium Scipionis sunt annotata.*

Quot vero ad nostrum institutum attinet. Est ea quae ad reddendam ejus, quae singulis septem annis in hominum corporibus accidit, mutationis rationem, a nonnullis adferuntur, bene licet excogitata, mihi tamen (ut quod res est, dicam) non satisfactura.

Ego enim arbitror (salvo tamen aliorum quorumcumque judicio) Saturnum quidem esse praecipuum hujus rei causam, sed tamen non propter eam solummodo rationem, quam Marsilius Ficinus adfert, sed propterea quod plerumque est peregrinus, & a vita hominum alienus, & quod singulis ferè septem annis ad quadratum loci, aut si minus, ad contrarium naturae signi, unde egressus est, pervenit.

Nam quemadmodum Luna, quae nobis proxima est, & motu celerrima, ferè septimo quoque die in contrarium signu ejus naturae, unde egressa est, progreditur, & inde criticos producit dies, qui auctoribus Galeno & ceteris medicis doctissimis, ipsaque experientia attestante, in morbis, vel ad salutem, vel ad mortem, maximam adducunt mutationem: ita Saturnus, qui motu est tardissimus, tot annos ferè, quot dies Luna, in uno signo commoratur, hos periculosos & Climatericos annos operatur, & has mutationes fortunae, ac humorum causatur, eod quod Saturnus in generalibus temporum decretis non minus momenti habet, quam Luna in diebus secundum Ptolemaum.

Adjuvant illum & ceteri Planetae, propterea quod hi singulis septem annis, una cum Horoscopi protectione, ad propositum quadratumve signi ad 6. 7. 8. 9. & 12. domum alicujus nativitatis perveniunt, quae sunt loca adversa, infortunata, & formidolosa bonis, & vite hominum, & quod semper septimo quovis anno Horoscopus, & Planetae omnes proveniunt protectione

Adjuvant illum & ceteri Planetae, propterea quod hi singulis septem annis, una cum Horoscopi protectione, ad propositum quadratumve signi ad 6. 7. 8. 9. & 12. domum alicujus nativitatis perveniunt, quae sunt loca adversa, infortunata, & formidolosa bonis, & vite hominum, & quod semper septimo quovis anno Horoscopus, & Planetae omnes proveniunt protectione

A protectione ad septimam domum ad signum oppositum, in quo, ultimo praeterlapso septennio, anno fuerunt: Qui loquus est oppositus, naturae contrarius, & semper adversus, ita ut sic Planeta & Horoscopus una cum Saturno mutant statum & fortunam ex variis, & diversis positionibus, & frangant debilitentque, ne opprimant naturam, & vitam his temporibus ex commotione & alteratione humorum.

Adde & hanc causam: ut septimo aut nono mense nati iustam perfectionem, vel, ut Graeci loquuntur, *δυναμὴν δυνάμει* obtinent: ita contingere quoque videmus, ut vita plurimorum ad Climatericos usque annos, in quibus septenarius numerus, novenariusque in se quasi in cyclum recurrunt, producat, ubique abolvatur, ac finiatur. Est autem numerus septenarius, ut *Macrobius lib. 1. c. 6.* & post eum Nicetas in Gregorium scribens annotavit, numerus perfectionis, quod solus ex omnibus, qui denario minores sunt, nec ab alio gignatur, nec alium gignat. Unde & Arithmetici hunc numerum virginem appellant, eumque Palladii sacrum esse dixerunt, quia nihil ex se pariat, quod intra denarii limites potest coacturari: duplicem vero ad eundem nomen excellentiam ex variis, sed de illo plura, ubi de numero septenario agemus. *Loc. de Numeris.*

Qui autem his annis obierint, abunde dicitur in loco de Mortuis.

Antennae.

Quere Navis instrumenta.

Antropophagi.

HUMANA carne vescentes, vel pascetes alios.

Humana epule immanitatis sunt belluinae. Quae aliqui respectu Inguicivae ad Intemperantiam, respectu vindictae ad Cruditatem pertinent.

Obsidite Samariam Regem Syriae, tanta est oborta famem, ut Regi Israel mutum transeuntis mulier acclamaret, & diceret: Mulier ista mihi dixit, ad filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras: coximus ergo filium meum, & comedimus eum. Quae abscondit filium suum, *lib. 4. Reg. c. 6. v. 28.*

Titaneus Liberum patrem coctum devoratur. *Vide Tit. Superstitionis sacra fulta, ridicula.*

Lycan filium puerum, Tantalus proprium filium Pelopem diis propoliere epulandum. *Vide Tit. Contemptores religionis & Deorum.*

Cum Cyaxares, Medorum rex, Scythas apud se exules probris infectatus esset, quod in venatione, ut alias, nec possent: Scythae unum ex pueris, quos instruebant, mactant, proponentesque coctum regi attulerunt. Cyaxares cum aulicis suis pueri carnes absumpsit. *Sabell. lib. 4. Enn. 2.*

Glaucus Sisyphi filius, qui apud Poniam regnavit, equas humanis carnibus aluit, a quibus ipse tandem discerpit est.

D Probus Gramin.

Diomedes rex Thracum, ab Hercule victus, & equabus suis humano astitit cruori obiectus, perit.

Lamia regina pueros devorasse dicitur: quod cum ei omnes liberi essent mortui, hoc casti mensa, & invidia adversus fecundas mortae, ex ulnis infantes abripi, & confestim necari iusserit. *Diadorus lib. 20.*

Clearchus in libris Vitarum, eod usque crudelitatis proventum narrat Phalarim tyrannum, ut infantes lactentes comedere. *Athen. lib. 9. c. 18. & Arist. lib. 7. Eth. c. 6. comminuit.*

Roma à Vitige Gothorum rege obfessa, universam Italiam extrema fame invaserat. Decius, Mediolanensis antistes, tam arcta caritate annoxae in sua scripsit die esse laboratum, ut praeterquam quod foeda & obscena multa esui essent, reperta fit mulier, quae fame adacta, à filii carnibus non abstinerit. *Sabell. lib. 3. Enn. 8.*

Eo etiam ipso tempore, Procopius Graecus scribit, duas Mulieres, quae apud Ariminum hospitatoriam cauponam exercebant, fame coactas, decem & septem homines diversis *B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.*

temporibus interemisse, qui forte eorum apud eas hospitatum ierant, quo tempore cubitum profecti, jam alto somno indormiebant, atque eorum carnibus sibi alimenta parasse: quod postea unus detexit, qui ipsi eadem peragentibus invigilabat, à quo ambae interfectae fuerunt. *Fulgosius lib. 7. c. 6.*

Humanam carnem post omnem hominum memoriam sic appetiverunt Sagae ex *Apuleio lib. 2.* Asini, ut aegre mortuorum corpora servari, aut concludi etiam possent, quin ille ingressa ad ossa usque abroderent. Quamobrem 67. capite legum Salicorum dicitur, Sortilegam, si hominem ediderit, atque evincatur, solidos ducentos soluturam. Philosophus Lemius auctor est, Lamiam, quae sic humanis vescitur carnibus, Corinthi ab Appollonio Tyaneo retectam & ejectam esse. Quod spectans Horatius, & velut crudelissimum facinus abominatur, inquit:

Non pransa Lamia puerum virum extrabat alvo.

Atqui hoc Magis in more fuit positum, ut cibo isto alerentur. *Apud Ammianum Marcellinum lib. 29.* legimus, Polentianum Tribunal convictum & confestim fuisse, quod vive mulieris excussit ventrem, ut intemptivo parvum extra de futuro Imperatore consuleret. Ronderemus Magum quandam in Monte Pessulano sepulchris haerentem observavit, qui ad sepulchrum profectus, ubi mulieris corpus fuerat pridie conditum, ex eo profecit semur, quod imponens humeris, carnem dentibus mordicus evelebat. Lycanthropiam morbum Ronderemus dicebat esse, qua homines furiosi facti, se verti in lupos putant, coque cibo vescuntur. *Bodinus lib. 2. Daemon. c. 5.*

Strabo scribit, Hyberniae indigenas sylviculas humanis vesci carnibus, parentes defunctos editare, cum alienis uxoribus misceri in propulo, cum maribus & sororibus coire. *D. Hieronymus l. 2. ad Iovinianum auctor est, vidisse se, quum adhuc adolescens esset, quosdam hujus generis (ipse Scotos vocat) muliebrem mammam & natem esitantes, ad stipulatorem Straboni & aliis, in iis quae de infando ejus generis concubitu traduntur. Sabell. lib. 6. Enn. 6.*

Latronis cuiusdam Scoti *αδύρωπα* Filla, quum ob esum humanarum carniarum duceretur ad supplicium, conversa ad inceperantes, vultu crudelitatem praeseferente: Quid, inquit, me objugatis ob scelus homine indignum? Qui si experti essetis, quam palatum delectet humana caro, ne à liberorum quidem esu abstineretis. Ita perpetrata criminis impemittens, viva terra obruta est. *H. Boetius lib. 18.*

Cannibales, qui insularum à Christophoro Colombo Ligure inventarum partem incolunt, homines ferè truceque, puerorum & virorum carnibus, quos alii insulis bello aut latrocinii cepissent, vescuntur, & feminis abstinebant. Vicos hi habebant, vicenis aut tricenis domibus singulos: domusque erant omnes lignae, ac rotunda forma, palmis & stipulis contectae, cetratumque arborum & arundinum solis, ad arcendos imbres. Aere utebantur adeo temperato, ut Decembri mense avium aliae nidos ponerent, aliae pullos educarent suos. *Bembus lib. 6. Histor.*

Lombardus puer in montibus Summae arcis prope Neapolim duos infantes trium annorum, in speluncam quandam blanditiis deductos, dissecuit, & carnes absumpsit, partim crudas, partim igne coctas: fastus plures se comedisse, ob cibi suavitatem. *Poggini in facietis.*

Abacas Can Tartarorum Rex, armis Turciae regno recuperato, captum proditorem medium dissecuit, carnes inter alias epulas coxit, & cum proceribus suis devoravit: questus interim, ne sic quidem sibi satisfactum esse. *Fulgosius lib. 9. c. 10.*

Paulus Kinisius inferioris Hungariae praefectus, cum praedictarios milites de Alba Graeca Turcis prodenda, consilia habuisse audisset, in carcerem seorsum conditos, singulis diebus eorum singulos haedorum in modum veru praefixos, & ad ignem diligenter affatos, focis vescendos apposuit identidem, ut proditorum caro ad palatum responderet, interrogans. Novissimum autem eorum, ne mine omnium extante, cui ipse cibis apponeretur, lenta inedia, cibique necessariis subtractione confectus. *Bonfin. lib. 3. Dec. 5.*

Cajetani quidam (quorum patria, trucidatis crudelissime civibus, à Gallis erat direpta) dum Ferdinandus II. Aragonis in urbem Neapolim à suis reciperetur, Gallique passim caederentur, aliquot nocti Gallos, qui in templum confugerant, crudeliter interfecerunt, adeo ut exempta morientibus